Illís Lyaeus uítis inuentór sacrae:
Tum páriter euhan ⟨eúhoe cantans⟩ eúhium
110 Ignótus iuuenum coétus alterná uice
Iníbat, alacris Bácchico insultáns modo. 5

Charisius p. 214 P. 'euhoe .... Ennius in Athamante: his erat' e. q. s. Negaverunt post Bothium Welckerumque et F. Albertus Lange quaest. metric. p. 16. 30 et Bernardus Schmidt mus. Rhen. 16, 599 sq. tam puros atque elegantes versus ab Ennio factos esse: cf. hist. trag. Rom. 205.

1 his erat *Fabricius* is erat *cod.* 2 Lyaeus *ed. pr.* liseus *cod.* 3 euhoe cantans *suppl. Bue* euhoe euhoe *Fabricius* euhoe resonit euhan euhius *x* 4 unosus *Vahlenus Herm.* 12, 400 5 insultas *cod. nota scriptura, de qua cf. Ritschelii opusc. II* 715 *sq.* exsultans *edd.*

CRESPHONTES

I

Aui ínter sese sórtiunt urbem átque agros.

Non. 471, 1 'sortirent pro sortirentur ..... sortiunt. Ennius Cresfonte: an inter se' e. q. s.

aui *cum Buechelero scripsi* an *ω cf. coroll.* XXII sese *Vossius* se *ω*

II

Audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

Festus p. 270 M. 'redhostire — — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in chresponte . . .'

audi *Scaliger* audis *cod.*

Digitized by Google

[III

Iniúria abs te adfício indigná, pater.
Nam si ínprobum esse Chrespontem exístimas,
Cur me huíc locabas núptiis? sin ést probus,
Cur tálem inuitam inuítum cogis línquere?
Pater
duxí probum:
Erráui, post cognóui et fugio cógnitum.]

Rhet. ad Herenn. II 24, 38 'utuntur igitur studiosei in confirmanda ratione duplici conclusione hoc modo [1—4]. Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo:
Nulla te indigna, nata, adficio iniuria.
Si probus est, ⟨bene⟩ locaui: sin est inprobus,
Diuortio te liberabo incommodis.'
(2 bene locaui *Aldina* locaui ψ conlocaui φ 3 diuortii ψ
'Ex simplici parte reprehendentur, sei ex duplici conclusione alterutra pars diluitur, hoc modo: Nam si inprobum ... nuptiis? — duxi probum [6].' Rhetoris, non poetae esse tres illos versus: nulla e. q. s. olim dixi, nunc totum locum scholae reddendum esse adsentior Friderico Marx prol. p. 132. Eadem figura usus est Plautus in Sticho v. 129 sqq. (cf. quaest. scen. p. 353).

2 threspontem esse χ esse Cresphontem aestumaueras *Kayserus in ed. pr.* esse Cresphontem ⟨hominem⟩ existimas *Vahlenus mus. Rhen.* 16, 579 Cr. existimaueras *alii*

IV

Ducít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia.

Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — et in Chresponte ...'

duxit *Scriverius*

V

Ego cum meae⟨met⟩ uítae parcam, létum inimico
déprecer?

Gellius VII (VI) 16, 10 'deprecor ... significat abigo et

Digitized by Google

amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte . . .' (chresiphonte χ).

meae cum *Bothius* (m. num *coni.*) ne parcam *O. Seyffertus hebd. Berol. phil.* 1884 *n.* 6 non p. *x*

VI

Cresphontes

'Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque ínferum,
Pácem enim inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, quom quid pro certo sumitur quod inter omnes constat, quod etiam nunc in controuersia, hoc modo: eho' e. q. s. 'Nam ita pro suo iure hoc exemplo utentem Chrespontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset.' (thesprotum familiae M apud Marxium codd. threspontem E *cf. Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 17 *cum mea hist. trag. Rom.* 628 *sq.*) Cicero de inv. I 49, 91 'controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur, hoc modo: eho' e. q. s.

1 eho tu di (*vel* dii) quibus *priore loco E, altero ω* studiis *M* est] esse *Parisini duo An* scin tu, di *scribendum?* motum *M* 2 enim *om. E* se *E, non male*

VII

† o pie eam secum áduocant,
. . . . . eunt ad fóntem, nitidant córpora

Non. 144, 14 'nitidant, abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte . . .'

1 hospitem | sécuri aduocant, eunt *e. q. s. conieci trag. Rom. p.* 190; *ceterum varia ex traditis litteris elicere conati sunt, ipse* opiferam deorum *praeter alia proposui, tum* opiferam socium *Vahlenus olim, sed ind.* 1888/9 *p.* 18 ó pietas, eam secum *pentametrum scil. trochaicum dimetiens.* pedisecum *olim,* piant, secum *nunc Bue* Meropam secum adducunt *x* 2 fontem *H* fortem *φ*

VIII

Neque térram inicere néque cruenta cónuestire córpora
Mihi lícuit miserae, néque lauere lácrimae salsae sánguinem.

Digitized by Google

Macrobius Sat. VI 2, 21 'Vergilius: nec te tua funera mater Produxi pressiue oculos aut uulnera laui. Ennius in Cresphonte ...' (cresiphonte Par. Cressiphonte Anglic. Med. a Salisb.)

1 corpora Mihi *Bothius* mihi corpora *ω* 2 neque miserae *ω* miserae nec *Vossius* neque meae *Bue* salsum *ω*, *om. Par.* lacrimis salsis *Vossius*, *probavit Bentleius*

ERECHTHEVS ...

I

Quis núnc aerumna meá libertatém paro,
Quibus séruitutem meá miseria déprecor.

Gellius VII (VI) 16, 9 'Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus. Quibus nunc, inquit, aerumna' e. q. s. 'significat abigo et amolior uel prece adhibita uel quo alio modo.' (erictheo Vat. eritheo alii: cf. M. Hertzius ann. philoll. 1862 p. 787). Non. 290, 17 'deprecor, amolior, depello, propulso ... Ennius Eripiteo ...' (Erepiteo GHL Erechtheo Muretus).

1 quis *Mercerus* (*cf. coroll.* XXIII) qui *Gellii ω* cui *Nonius* quibus *edd. Gellii* libertate para *Nonii ω* 2 meam miseriam *Nonii ψ*

II

Lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis.

Festus p. 162 M. 'neminis — — [Enni]us Erectheo: lapideo' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'neminis genetiuo casu Cato usus est, cum dixit: sunt multi corde' e. q. s.

multi corde *Paulus*

III

arma árrigunt:
Horréscunt tela.

Macrobius Saturn. VI 4, 6 'tum ferreus hastis Horret ager, horret mire se habet; sed et Ennius ... et in Erechtheo ...' (erecteo Par.)

argunt *Anglic.* rigent *Aldina*

Addi possunt ex inc. nom. fr. XVII. XXXIX. XLI. XLII, ex inc. inc. fab. XXVI.

Digitized by Google

EVMENIDES

I

132 ⟨Ita⟩ sápere opino esse óptumum, ut pro uíribus
Tacére ac fabulári tute nóueris.

Non. 475, 1 'opino pro opinor ... Pacuuius Chryse: inueni opino esse optumum Orestes ut heres sed tamen. Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum' e. q. s. (Orestes ... optumum om. Bamb.) cf. Aeschyli Eum. 277 sq. *λέγειν ὄπον δίκη Σιγᾶν θ' ὁμοίως.*

1 *sq.* tacere opino esse optumum et pro uiribus sapere atque *ω*, *in quibus* ut *pro* et *corr. Scaliger* sapere esse opinor optimum pro uiribus: Tacere ac *Bothius*

II

Nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem

Non. 292, 15 'exanclare, effundere.' cf. Aeschyli Eum. 466 sq.

ulciscerer *Montispess.*

III

135 Id ego aécum fecisse éxpedibo atque éloquar.

Non. 505, 8 'expedibo pro expediam. Pacuuius ... Accius ... Ennius Eumenidibus: id ego' e. q. s.

aecum accius fecisse *ω* aecum ac ius fuisse *Gulielmius* eloquor *W* íd ego ius atque aecum *Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 8

IV

Dicó uicisse Oréstem: uos facéssite!

Non. 306, 28 'facessere significat recedere.' Huc videntur referenda esse quae apud Varronem de l. l. VI 61 M. leguntur: 'dico originem habet Graecam ... hinc Ennius: dico qui. hinc dicare, hinc iudicare.' Conicio scriptum fuisse dico uicisse. Huic versui praemisisse videtur Ennius inc. nom. XVIII. cf. Aeschyli Eum. 752: *ἀνὴρ δὲ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην. Ἴσον γάρ ἐστι τἀριθμημα τῶν πάλων.*

Orestem: uos facessite *Bothius*, *in quibus* facessite, *ut legitur in Vrbin., praeiit Junius. De Latina nominis* Orestem *forma vide Ritschelium opusc. II* 487 *adn.* Oresten (horestem

Digitized by Google

Vrbin. orestenn *G*) uos ab hoc facessit (facessite *Vrbin.*) *ω* Oresten: hinc facessite *vel* Orestem: hinc uos facessite *Vossius. Non commendaverim* 'Ego dico uicísse Orestem: uós ab hoc facéssite

Praeterea huc referenda sunt inc. nom. XIX, inc. inc fab. LXXI et LXXII.

HECTORIS LVTRA

Reddendum esse Ennio hunc titulum persuasit Bergkius cf. coroll. XXIII sq.

I

Nos quiéscere aequom est? nómus ambo Vlíxeum. 137 138

Diomedes p. 382 P. (ueteres) 'nomus dicunt pro eo quod est nouimus, ita ut Ennius in Lustris ...'

quiescere *sonare* quescere *probavit Fleckeisenus ann. philoll.* 1870 *p.* 77, *idem senarium dimensus. Titulorum exempla collegit Bue annall. philoll.* 1858 *p.* 69, *anthol. Lat. spec. I p.* 19: *multo plura Schuchardtius de vocalismo II* 448 *sq.* 514 *sq.* aequum (equum *Monac.*) *vulgo Interrogandi signum vulgo deest* Vlixeum *in septenarii clausula Bue mus. Rhen.* 15, 439 ulixem *ω*

II

Hectór ui summa armátos educít foras,
Castrísque castra Troiani inferre óccupant. 140

Non. 355, 15 'occupare est proprie praeuenire ... Accius Eurysace .... facere ultro in regem? idem Tereo ... Turpilius ... Ennius Haectoris listris ...'

1 Hector ui *Mercerus* Hectore *B* Haector ei *φ* inducit *B* foras *Junius* in foras *ω* 2 Troiani inferre *Hauet* (*ante hunc* Troiana i. *Bue*) ultro iam ferre (fere *W*) *ω* ultro inferre *Mercerus* conferre ultro iam *Bergkius* (conferre *Vossius praeierat*) adultera inferre *olim conieci* occupant *Hauet* occupat *ω*

III

át ego, omnipotens ⟨Iúppiter⟩,
Te expósco, ut hoc consílium Achiuis aúxili
Fuát.

Non. 111, 15 'fuam, sim uel fiam ... Ennius Haectoris lytris ...' (listris H^2W).

Digitized by Google

1 at ego] aego *L* 2 *senarios in trag. Rom. p.* 122 *dedi qui olim septenarium cum Bothio exhibueram; unum pentametrum troch. dimetitur Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 19 ted *Bothius* auxilii ω auxilio *Vossius: genetivum etiam Reifferscheidius tuetur ind. lectt. Vratisl.* 1885/6 *p.* 7; *dativum flagitat A. Luchs stud.* I 71

IV[a]

Quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?

Non. 489, 27 'tumulti. Ennius Haectoris lystris:' (sic LW lytris vel litris φ) 'quid hoc ... meum.'

iambicum octonarium discripsit Bothius qui tumulti est *Ba*

IV[b]

Quid in cástris strepiti est?

Non. 490, 7 'strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris: quid in castris strepiti est?' (lytris Bamb.) Coniungi utrumque frustum voluit G. Hermannus elem. d. m. p. 295.

strepitus est *W*

V

Saéuiter fortúnam ferro cérnunt de uictória.

Non. 511, 8 'saeuiter pro saeue ... Ennius Hectoris lystris ...'

fortuna ω ferri *Columna* Fortuna ferro cernit *Bothius*

VI

'Ecce autem calígo oborta est, ómnem prospectum ábstulit.

* * *

.... dérepente cóntulit sese ín pedes.

Non. 518, 18 'derepente ... Ennius Hectoris lystris ...' Cf. Homeri Il. XVI 790. 822.

1 oborta *Ba* aborta φ 2 pede *Ba*

Digitized by Google

VII

Quí cupiant dare árma Achilli, ei ípsi cunctent . .

Non. 469, 25 'cunctant pro cunctantur. Accius ... Ennius Ambracia: bene mones: tute ipse cunctato, uide fortem uirum. Idem Hectoris lytris ...'

ei ipsi *proposui coroll.* XXIV ut ipse ω: *v. supra.* ut ipsi *Junius* cunctet H^1 *supplementum* sumere *prop. Bue cf. Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 6

VIII

Quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

Festus p. 270 M. 'redhostire — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte ... et innectoris lyris ...' (corr. Vrsinus.)

quae *Vrsinus* que *cod.* hostibit e manu *Ad. Schoellius* hospius manu *cod.* hostiuit e manu *Scaliger* hostiuit emanus *O. Mueller*

IX

Aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine. 150

Non. 504, 32 'sonit pro sonat ... Ennius Haectoris lystris ...'

aes *N. Faber* et ω haste terrae *Ba*

X

Cónstitit, credó, Scamander, árbores uentó uagant.

Non. 467, 31 'uagas pro uagaris ... Ennius Hectoris lytris ...' (lystris HL corr. W) Contuli Homeri Il. XXI 326 sq.

arboris ω uacant *ut in Scipione Columna et Fruterius*

XI

sublímiter

Quádrupedantes ... flammam hálitantes ... 153 154

Diomedes p. 336 P. 'halare et halitare. Ennius in Lustris ...'

1 sublimiter *Scriverius* sublimiter ut *Par. B* lublime iter *Par. A* lublime item *Monac.* 2 quadrupedantis *Par. B* s. flammam halitantes quadrupedes *senarium prop. Bue*

Digitized by Google

XII

155 . . . . . ínferum uastós specus

Non. 222, 33 'specus genere masculino ... Ennius Lytris ...' Cf. Homeri Il. XXIII 74.

XIII

Ducít quadrupedum bíiugam ⟨uim⟩, inuitám domat,
Euálida quorum infrénast nimis tenácia.

Non. 407, 22 'tenacia est perseuerantia et duritia. Ennius Haectoris listris ...' (lystris Bamb.)

1 ducit *Bue* ducet *ω* adducit *ipse proposueram* biiugam uim, inuitam domat *conieci* iugo inuitam doma *ω* uim, iugo inuitam domat *Bue* 2 infrena et iuge ualida quorum tenacia (frenatia *Ba*) infrenari minis *ω cf. coroll.* XXIV et ualida quoius tenacia infrenast nimis *Vahlenus* infrena et u. quorum nimis tenacia *Bue*

XIV

. . . per uos ét uostrum imperium ét fidem
⟨Meí,⟩ Myrmidonum uígiles, commiseréscite!

Non. 472, 27 'commiserescimus ... Ennius Hectoris lystris ...' (listris Bamb.)

1 *sq. senarios suadente Bue constitui, qui septenarios olim trochaicos laceros exhibuerim; pentametrum troch. cum Bergkio dimetitur Vahlenus ind. lectt.* 1885/6 *p.* 14, 1888/9 *p.* 19 per uos *Palmerius* seruos *ψ* useruos *Ba* et ūrorū *Ba* uostrorum ⟨omnium⟩ *Palmerius* u. ⟨ducum⟩ *x*

XV

160 Mélius est uirtúte ius: nam saépe uirtutém mali
Nánciscuntur: iús atque aecum se á malis spernít procul.

Non. 399, 8 'spernere rursum segregare. Ennius Haectoris lytris ...' (listris W)

Versus quadratos agnovit et emendavit Fruterius 1 ius *Gulielmius* eius *ω* 2 nascuntur *W*

Eiusdem fabulae fortasse fuerunt inc. nom. VIII et IX.

Digitized by Google

HECVBA

I

. . . . . undantém salum

Non. 223, 23 'salum ... masculini Ennius Hecuba ...' Contulit Hermannus Eurip. Hec. 26.

II

O mágna templa caélitum, commíxta stellis spléndidis!

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ...' Reddita his esse Euripidea Hec. 68 *ὦ στερωπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ* monuit Scaliger.

III

Heú me miseram! intérii: pergunt láuere sanguen sánguine.

Non. 224, 6 'sanguis ... neutro.' Idem 466, 26 'lauare ... uetustatis auctoritas posuit etiam polluere ...' Idem 504, 6 'lauere inde tractum est. Ennius Telamone ... idem Hecuba ...'

eheu *EF²L² bis H¹ p.* 224 eu *W p.* 466 miserum *ω p.* 504 *Ba p.* 466

IV

Haéc tu etsi peruérse dices, fácile Achiuos fléxeris:
Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé ualet.

Gellius XI 4 'Euripidis uersus (293 sqq.) sunt in Hecuba, uerbis sententia breuitate insignes inlustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens

τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν
πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: haec' e. q. s. 'Bene, sicuti dixi, Ennius: sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων* satisfacere sententiae non uidentur: nam neque omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι* neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσιν*.'

1 tametsi *Lugd. X* 2 nam opulenti cum *Porsonus* nam cum opulenti *ω* namque op. cum *Scaliger*

Digitized by Google

V

miseréte anuis:
Date férrum, qui me animá priuem!

Non. 474, 30 'miserete.'

1 anuis *Scaliger*, *qui anapaestos agnovit.* manus ω, *sed* m *exp. in L*

VI

Senéx sum: utinám mortem óppetam, prius quam éuenat
Quod ín pauperie et míseria grauitér gemam!

Non. 494, 1 'pauperies pro paupertate.' Idem 507, 18 'euenat pro euenìat.' Columna perspexit Talthybii esse apud Euripidem 497:

φεῦ φεῦ· γέρων μέν εἰμ'· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.

1 at iam *conieci* ut iam *x* (mortem utinam *idem*) tamen *O. Brugman* moriar mortem oppetam ω *p.* 494 euenìat ω *p.* 494 2 pauperie et miseria *Bue* pauperie mea (pauperiem *Ba p.* 494) senex ω pauperie mea miser *proposueram*

VII

Vide húnc, meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

Non. 115, 33 'guttatim . . .' cf. Eurip. Hec. 760 *ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ;*

hunc *Mercerus* hinc ω quem *Mercerus* quam ω lacrumae] meae *L*

VIII

Set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
Necásset, quo quis crúciatu perbíteret.

Non. 153, 28 'perbitere, perire . . . .' Cf. Euripidis Hec. 802 sqq.

1 scripstis *Vossius* scripsistis ω qui *Junius* quis ω 2 quo quis *Vrbin.* quos quis φ quod is *conieci* is quo *Pontanus* cruciatu *Junius* cruciatur ω

IX

Quaé tibi in concubió uerecunde ét modice morém gerit.

Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commo-

Digitized by Google

dum dici uolunt . . .' cf. Eur. Hec. 829: *ἦ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων Χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ;*

tibi: *cf. Skutsch Plaut. et Rom. p. 76 adn.* in cubio ψ

X

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

Non. 116, 28 'gratulari, gratias agere.'

XI

Servius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem [Hec. 3] Cissei, quem Ennius et Pacuuius et Vergilius sequuntur.'

Praeterea huic fabulae tribuenda inc. nom. XX et XXI.

IPHIGENIA

I

Agamemno

Quid nóctis uidetur in áltisono
Caelí clipeo?

Senex

temó superat
Stellás cogens etiam átque etiam
Noctís sublime iter.

Varro de l. l. VII 73 M. 'Quid noctis' e. q. s. [1—4] 'Hic multam noctem ostendere uolt a temonis motu.' Ibidem V 19 M. 'itaque dicit Andromeda nocti [I] et Agamemno: in altisono caeli clipeo, cauum enim clipeum; et Ennius item ad cauationem [374]' Festus p. 339 M. '[septentriones] — — Ennius: superat — —' Apuleius de deo Socr. 13. 'suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus uariata caelamina.' Cf. Eurip. Iph. Aul. 6:

Αγ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
Πρ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ἄσσων ἔτι μεσσήρης.

2 *Personas distinxit G. Hermannus: sola* quid noctis uidetur? *Agamemnoni tribuit Vossius* 3 *sq.* stellas sublime agens (cogens *Guelf.*) etiam atque etiam noctis iter *Varronis* ω, *in*

Digitized by Google

quibus augens *A. Spengelius* agitans *Vahlenus ind. lectt.* 1880 *p.* 13 stellas cogens sublime etiam a. e. n. i. *Scaliger*, *in quibus* stellas *del. Hermannus*, cogens *ante* iter *transp. Bergkius* (*cf. coroll.* XXV) sublimen agens *Bue* cogens *habet Seneca Hf.* 128 4 noctis *del. x*

II

Agamemno

Procéde: gradum proférre pedum,
Nitére, cessas, o fíde . . ?

Festus p. 249 M. 'pedum est quidem baculum incuruum, quo pastores utuntur — — — sed in eo uersu, qui est in Iphigenia Enni: procede g. p. p. n. cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proferre pedum cessas? nitere.' Schol. Veron. in Verg. Ecl. 5, 88 p. 72 K. 'pedum . . . est baculum recuruum, quo pastores utuntur . . . ut ait Ennius in Ifigenia: gradum . . . fide. dici[tur pedum]' e. q. s. teste Arnoldo Herrmanno ann. philoll. 1866 p. 66. cf. Eurip. 137 *ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ Μηδὲν ὑπείκων.* Cicero Tusc. III 24, 57 his 'de paupertate agitur . . . . nec siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus' utrum Euripidem (16 sqq.) an Ennium in mente habuerit incertum est.

1 *sq.* pedum, Nitere, cessas? *cum Festo Hermannus: cf. Vahlenus l. l.* 16. nitere *ad* proferre *olim rettuli* (*coroll.* XXV) 2 o fide *schol. Veron., om. Festus* senex *addidit Bergkius*

III

Chorus

'Otio qui néscit uti, plús negoti habet,
Quám si cuist negótiosus ánimus in negótio.
Nám cui quod agat ínstitutumst militi negótium
'Id agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
'Otioso in ótio animus néscit quid uelit.
Hóc idem est: em néque domi nunc nós nec militiaé sumus:

Digitized by Google

Imus huc, hinc illuc: cum illuc uéntum est, ire illúc lubet:
Incerte errat ánimus, praeter própter uitam uíuitur. 190

Gellius XIX 10, 11 'atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum de quo quaerebatur' (uocabulum praeterpropter) 'scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoediae choro inscriptos' (scriptos?) 'esse hos uersus legimus: otio ... uitam uiuitur. hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse praeterpropter et cum sententia quidem tali, quali seuerissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam uerbo quaeritur, qui sit ignotus huiusce uersus sensus [8]' e. q. s. cf. ex Sophoclis Iphigenia fr. 287 N. *τίνεται γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή.*

1 *sqq. cf. coroll.* XXVI *versui* 1 *respondere volui v.* 5 2 quam cum est negotium in negotio *ω*, *quae ad numeros suos revocare studui singula incerta esse non dissimulans: tradita tuetur Vahlenus Herm.* 15, 262. quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 3 *In ras., sed a pr. m., Voss.* militi negotium *conieci* in illis negotiŭ *Reg. Voss. maior, in quibus* nil nisi negotium *latere Hertzio videbatur* in illo negotium *Vat. O Flor. N* in illo negotio *Vat. Π, Voss. min. m.* 2 is nullo negotio *Vossius* non ullo n. *Hermannus* is negotium *Bergkius* initiis *vel* initio n. *Bue* 5 animus hominis nescit *Hermannus* quid agat, quid uelit *Dziatzko* 6 hic *post* idem *inserueram* em *ψ*, *commendavit Vahlenus* enim *χ* nec *edd.* de *ω* 7 hunc *Reg. Voss. maior* hinc illinc *Voss. maior* illuc hinc *Par. Q*, *probabat cum I. Gronovio Hertzius* illuc *Par. Q* illinc *ψ* 8 uita *Salmasius*

IV

Agamemno

Quís homo te exuperáuit usquam géntium inpudéntia?

Menelaus

Quis aútem malitiá te?

Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 'ira ... cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo' e. q. s. 'Nosti quae sequuntur: alternis enim uersibus intorquentur

Digitized by Google

inter fratres grauissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse.'

1 usquam *Oxon. aliq., Bentleius* umquam φ 2 quis ted (*vel* tete) autem malitia *scripseram* quis item m. te *Fleckeisenus* (*cf. coroll.* XXVII) qui autem m. te *Bentleius* quis te autem m. *Bouherius* ecquis autem m. te *Bergkius*

V

Agamemno

Ménelaus me obiúrgat? id meis rébus regimen réstitat.

Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 41 H. 'aganactesis, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia ...' Haec duo fragmenta (IV et V) libere translata ex Euripideis 327 *ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός.* 328 *οὐκ ἀναισχύντου τόδε;* 331 *οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;* 384 *εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς;*

med *scribendo iambos efficias* (*coroll.* XXVII) restitat *Bentleius* restat ω

VI

Agamemno

'Ego proiector quód tu peccas: tú delinquis, ego árguor.
Pró malefactis Hélena redeat, uírgo pereat ínnocens?
Túa reconciliétur uxor, méa necetur fília?

Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 47 H. 'syncrisis siue antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego' e. q. s. Huc rettulit Columna.

1 *malo in hac editione memoriam seruare, quam tuetur Vahlenus Herm.* 17, 605. ego proiector quod tu peccas; tu delinquas (delinquis *Rob. Stephanus*), ego arguor *ed. Basil., unde* plector *eruit Pithoeus, quem secutus Bentleius* ut ego plectar ... arguar *coniecit.* egone plectar, tu delinques: tu pecces, ego arguar? *Porsonum secutus olim dedi: cf. coroll.* XXVII *sq.* ergo plector ego, tu peccas? tu delinquis, ego arguor *Fröhlichius* ergo plector, quod tu peccas? cum delinquas, arguor? x 3 necetur filia *Columna* negetur, filia mea *ed. Basil.*

VII

Plebés in hoc regi ántistat locó: licet
Lacrumáre plebi, régi honeste nón licet.

Digitized by Google

Hieronymus Epitaph. Nepotiani p. 598 Mign. 'prudenterque Ennius plebes, ait, in hoc' e. q. s. cf. epist. ad Heliod. 60, 14. Huc rettulit Columna contracta ex Euripideis 446:

ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει
ἅπαντά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φόσιν
ἄνολβα ταῦτα.

1 ut *Vahlenus ind.* 1880 *p.* 5 *Euripidis exemplo commendatum* loco *tuetur idem* large *proposueram coroll.* XXVIII

VIII

Achilles

'Astrologorum sígna in caelo quaésit obseruát, Iouis
Cúm capra aut nepa aút exoritur nómen aliquod
béluarum.
Quód est ante pedes, noénu spectat: caéli scrutatúr
plagas.

Cicero de rep. I 18, 30 laudato Ennii versu ann. 335 'cui ... in ore semper erat ille de Iphigenia Achilles: astrologorum' e. q. s. Idem de div. II 18, 30 'physicus, quo genere nihil arrogantius [3]'. Donatus in Ter. adelph. III 3, 32 'quod ante pedes modo est uidere] hoc sumpsit poeta de illo in physicum peruulgato Achillae' (ancillae ante Schopenum) 'dicto: quod est ante pedes, non uidet: caeli scrutatur plagas.' Seneca de morte Claudii 8 'quid in cubiculo suo faciat nescit, et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri uult.' cf. Varro apud Nonium p. 369, 8. 382, 4: 'nos ádmirantes quod sereno lumine Tonuísset, oculis caeli rimari plagas.' Lacerum atque incertum Nonii testimonium p. 145, 13 'nepam quidam cancrum putant ad illud Plauti ... et illud aliud: aut cum nepa — — nam uere nepa scorpius dicitur.' Respicit etiam Minucius Felix 12, 7. Denique iuvat Platonis Theaetetum p. 174 laudare: *ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, θρᾴττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. ταὐτὸν δὲ ἁρμοῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι.* cf. Laertius Diogenes I 8, 34. In vates apud Euripidem increpitur Achilles v. 955 sqq.

1 quaesit *Iac. Leopardi* QVIDSIT *cod.* quaerit *Maius in ed. sec.* opseruat: Iouis *Maius* OBSERVATIONIS *cod.* ob-

Digitized by Google

seruant: Iouis *Naekius* 2 momen *Ad. Kiesslingius dubitanter* lumen *Heinrichius*. beluae *Heinrichius* 3 noenu *Fleckeisenus* nemo *Cicero* (*cf. coroll.* XXVIII) non *Donatus* spectat *Cicero* uidet *Donatus* quod pro pedibust *ex Minucio* x in caelo quid fit obseruationis Cum — nomen aliquod beluarum: Quod — nemo sp., c. scrutantur pl. *Vahlenus ind.* 1878 *p.* 5 *sqq.*

IX

Iphigenia

Acheróntem obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent.

Festus p. 201 M. 'ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius — — et in Iphigenia . . .' cf. Euripidis v. 1375: *κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται κ. τ. λ.*

obibo *Aldina* adibo *cod.* obiacent *Aldina* adiacent *cod.*

X

Cicero Tusc. disp. I 48, 116 'Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium' (sc. sanguis) 'eliciatur suo.'

204 Vnde Bergkius senarium

Vt hóstium eliciátur sanguis sánguine

effecit, quem cum fr. IX coniungi iussit. Ex Euripideis huc pertinent v. 1475: *ἄγετέ με τὰν Ἴλιον καὶ Φρυγῶν ἱλέκτολιν* et 1484 sq.

XI

203 . . . . quaé nunc abs te uíduae et uastae uírgines sunt

Servius Fuld. in Aen. I 52 'uasto pro desolato ueteres ponebant. Ennius Ifigenia . . .' Cf. Euripidis v. 1335 sq. Helena incusatur.

senarium quae nunc sunt abs te uiduae uastae uirgines *proposui coroll.* XXIX

Ad eandem fabulam rettuli inc. nom. XXII—XXIV et inc. inc. fab. XI. XIII.

Digitized by Google

MEDEA EXVL

I

Nutrix

Vtinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesa áccedisset ábiegna ad terrám trabes,
Neue índe nauis íncohandi exórdium
Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argiui ín ea delectí uiri
Vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
Nam númquam era errans méa domo ecferrét pedem
Medéa, animo aegra, amóre saeuo saúcia.

MEDEA EXVL ex Euripidis Medea expressa: Cicero de fin. I 2, 4 de titulo cf. coroll. XXIX

Rhet. ad Herenn. II 22, 34 'hic id quod extremum dictum est satis fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est: [1—7] Nam hic satis erat dicere, si id modo, quod satis esset, curarent poetae: utinam ne era errans mea d. e. p.' (additum in codd. plerisque praeter Par. *II* v. 9 a librario docto statuit Marx) (a) Cicero de fato 15, 35 'ex hoc genere illud est Enni [1. 2] Licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor! etiam supra: utinam ne esset mons ullus Pelius! similiterque superiora repetentem regredi infinite licet. Neue inde ... coepisset. Quorsum haec praeterita? Quia sequitur illud [8. 9] non ut eae res causam adferrent amoris' (b) Idem pro Caelio 8, 18 'quo loco possum dicere id quod ... Crassus ... paulo ante dixit, utinam ne in nemore Pelio, ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Nam numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet Medea animo ... saucia.' (c) Priscianus de metris Terent. c. 2 p. 1325 P. 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea: [1—8]' (d) Idem inst. p. 751 P. 'trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: [1. 2]' (e) Varro de l. l. VII 33 M. 'sic dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes ... Ennius: [1. 2]' (f) Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea, utinam ... Pelio, quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderint abiegnae

Digitized by Google

ad t. trabes' (g) Donatus in Ter. Phorm. I 3, 5 'uetus elocutio utinam ne. Ennius in Medea: utinam ne in n. P. unquam cecidissent ad t. t.' (h) Iulius Victor c. 12 (rhett. Latt. p. 415, 33 H.) 'cum remotum quod ulterius quam satis est petitur, ut, si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.' (i) Cicero de invent. I 49, 91 'huiusmodi est illa quoque conquestio [1. 2]: longius enim repetita est, quam res postulabat.' (k) Idem Topic. 16, 61 'illud enim est tamquam utinam ne in nemore Pelio. Nisi enim accidissent abiegnae ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis trabibus efficiendi uis necessaria.' (l) Idem de nat. deor. III 30, 75 'utinam igitur, ut illa anus optat, ne in nemore . . . trabes.' (m) Idem de fin. I 2, 5 'an utinam ne in nemore nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum' e. q. s. (n) Idem Tusc. disp. I 20, 45 'etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti uiderunt et eas angustias, per quas penetrauit ea quae est nominata Argo, quia Argiui in ea dilecti uiri Vecti petebant pellem inauratam arietis.' (o) Hieronymus Marcellae viduae epitaph. (T. I p. 48 ed. Antverp. 1578) 'quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: utinam ne in nemore Pelio.' (p) Adluserunt praeterea Orosius I 12 'nolo meminisse Medeae amore saeuo sauciae'; et Phaedrus IV 7, 5 'et in cothurnis prodit Aesopus nouis. Vtinam nec umquam Pelii nemoris iugo Pinus bipenni concidisset Thessala!' e. q. s. Expressa sunt ex Euripidis Med. v. 1 sqq.

εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας
Πέλλᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος κ. τ. λ.

Accuratius Enniana cum Euripideis comparavit Leo Plaut. Forsch. 86 sqq.

1—9 *Ex magna corruptelarum farragine hic elegi quae non essent nullius momenti.* 2 *Singulari numero usurpatum* trabes *testantur Varro et Priscianus, sed fuerunt qui pro plurali haberent: itaque factum ut alii* caesa accedisset (*vel* cecidisset) *alii* caesae accedissent (cecidissent) *tradiderint.* caesae *a: plerique; bdkm* accedisset *e: cf. v.* 77 accidisset *f* (cesa saccidisset *Flor.*) accedissent *a: Wirzeb.; b: Vindob.; k: Par. m.* 1 accidissent *l: ψ; m: plerique* cecidisset *a: Bern. Par. II;*

Digitized by Google

cecidissent *a: plerique; b: Leid. A m.* 2 *B* (ce *in ras.*); *d; h* (*cf. g supra*); *i; k: plerique; l: Colon. m: Erlang.* cecaedissent *b: Leid. A m.* 1 abiegna *e* (*sed* in terram abiegna); *f; om. k.* abiegnae *abdgl* abiegne *m* ad ignē *a: Wirzeb.* in terram *e; g: Bamb. m.* 2 *in ras.* a terram *g: Ambros. m.* 1 3 naues *a: Wirzeb. Par. m.* 1 inchoandi *a: Bamb.; b: optimi, Manutius; cf. Leo Plaut. Forsch.* 327 inchoandae *a: Corb. Par. m.* 2 *Darmst. b: Salisb.* inchoanda *a: Bern. d* inchoandas *a: Wirzeb.* inchoans *a: Par. Π* inchoandum *a: Leid.* 4 coepisset (*vel* caepisset) *a: plerique; b: Leid. B* cepisset *a: Par. Wirzeb. m. pr.; b: Erlang. d: Par. A* (*sed corr.* coepisset), *Leid. V* (*corr. ex* cepissed) 5 *sq. secundum o constituerunt Scriverius et Halmius anal. Tull. I* 16. Argo qua uecti Argiui dilecti uiri Petebant illam pellem inauratam arietis *d* 5 quia *o.* qui *a: Wirzeb.* qua *a: plerique* Argiui . . . uecti *a: m.* 2 *in ras. Par.* in eadem lecti *a: Wirzeb. Bern.* qua uecti argiui *a: Corb.* qua argiui delecti uiri *a: Bamb. Leid. Darmst.* 6 uecti *a: om. Corb.* 9 aegro *codd. aliquot in abc. reliquas turbas librariorum referre non opus est. De Graeca nominis* Medea *elisione Lachmannus in Lucr. III* 374 *p.* 162

II

Paedagogus

Antíqua erilis fída custos córporis,
Quid síc te extra aedis éxanimata elíminas? 215

Non. 39, 1 'eliminare, extra limen eicere . . . Ennius Medea exsule . . .' Idem 292, 15 'eliminare est exire. Ennius Medea exule . . .' Euripidis v. 49:

παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

2 sic te *Mercerus* sit *ω* eliminas *ms. Fabri p.* 292 eliminat *φ p.* 292 elimina *ω p.* 39

III

Nutrix

Cupído cepit míseram nunc me próloqui
Caelo átque terrae Médeaï míserias.

Cicero Tusc. disp. III 26, 63 'sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix . . .' Euripidis v. 57:

Digitized by Google

ὥσθ' ἵμερός μοὐπῆλθε γῆ τε κούρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.

2 Medeaï *Turnebus* Medeae *ω*

IV

. . fluctus uérborum aures aúcupant.

Non. 467, 15 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo ... Ennius Medea ...' Cf. chori v. 131 apud Euripidem:

ἤκουον φωνάν, ἤκουον δὲ βοάν
τᾶς δυστάνου ‖ Κολχίδος

fluctus *Junius in mg.* fructus *ω* fremitus *x*

V

Medea

Quaé Corinthum arcem áltam habetis, mátronae opulentae, óptumates!

* * *

Múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
Múlti, qui domi aétatem agerent, própter ea sunt ínprobati.

Cicero ad famil. VII 6 'desideria urbis et urbanitatis depone et quo consilio profectus es, id assiduitate et uirtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medeae, quae C. a. a. habebant, m. o. optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi uitio illae uerterent, quod abesset a patria: nam multi' e. q. s. 'Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus ... et quoniam Medeam coepi agere, illud semper memento [XV].' Contulit Politianus Misc. cap. 27 Euripidis v. 214:

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμψησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
δόσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

quorum mentem non recte adsecutum esse Ennium monuit praeeunte Mureto var. lect. VIII 17 Elmsleius.

1 *Versus agnovit primus Angelus Politianus* Corinthum *probavit Bentleius* Corinthi *Lambinus* *Quem inter* 1 *et* 2 *olim fuisse significavi versum Elmsleius ad Eur. Med.* 209 *e Cicerone hunc concinnavit:* né mihi uitio uós uortatis, á patria quod ábsiem

Digitized by Google

VI

Medea

. . . nam tér sub armis málim uitam cérnere,
Quám semel modo párere.

Varro de l. l. VI 81 M. 'cerno . . . pro uideo ait Ennius . . . Canius . . . Ab eodem est quod ait Medea: ter' e. q. s. 'quod, ut decernunt de uita eo tempore, multorum uidetur uitae finis.' Non. 261, 18 'cernere rursum dimicare uel contendere . . . Ennius in Medea exsule [1].' Idem 261, 6 'cernere, amittere. Varro Gerontodidascalo: nón uides apud Ennium 'Esse scriptum, ter sub armis malim uitam cernere Quám semel modo parere?' (Ennium Aldina in corrigendis, om. libri) Euripides v. 250:

ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

1 nam *om. Varro*

VII

Creo

Si té secundo lúmine hic offéndero,
Moriére. 225

Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec imperia [inc. inc. fab. LXXXVII] et illae minae: si te' e. q. s. Idem ad Attic. VII 26, 1 'Caesaris interdicta [1] respuuntur.' Huc rettulit Scaliger Coni. p. 60. Euripidis sunt v. 352:

εἴ σ' ἡ πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός,
θανεῖ.

1 hoc *ω pro Rab.*

VIII

Medea

Néquaquam istuc ístac ibit: mágna inest certátio.
Nám ut ego illi súpplicarem tánta blandiloquéntia,
Ni ób rem? 227[b]

Cicero de nat. deor. III 25, 65 (post magnam lacunam) 'Nequaquam' e. q. s. 'parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud uero quam callida ratione! [inc. inc. fab. XC] qui est uersus omnium seminator malorum. [IX] Hanc uidelicet rationem, quam uos diuino bene-

Digitized by Google

ficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [inc. inc. fab. XCIII.] Huic ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.' Euripidis v. 365:

ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
ἔτ' εἶσ' ἀγῶνες κ. τ. λ.
368 *δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε*
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

Versus 1—3 insecutum inc. inc. XC et cum fr. IX coniunctum fuisse putat Vahlenus.

Continuari v. 1 *sqq. suasit Vahlenus ind.* 1877 *p.* 6 2 illis *ω, sed cf. Eur. Med.* 368 3 ni ob rem *Ennio reddi iussit Vahlenus* ni orbem *Vindob., om. Glog.* niobem *Leid. A Erl.* Aniobem *Pal.* niobe *Leid. B* in iouem, *supr.* niobem *Leid. C*

IX

Medea

Ille trauersa ménte mi hodie trádidit repágula,
Quíbus ego iram omném recludam atque ílli perniciém dabo,
230 Míhi maerores, ílli luctum, exítium illi, exilium mihi.

Cicero de nat. deor. III 25, 66 (cf. VIII.) Euripides v. 371:

ὁ δ' ἐς τοσοῦτον μωρίας ἐφίκετο,
ὥστ', ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἐφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω κ. τ. λ.
398: *πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,*
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.

1 *de pronominis* ille *mensura cf. Skutsch Plaut. et Rom.* 122 2 pernitiem *Leid. A* permiciem *corr. in* perniciem *Vindob. De hac forma, quam testatur Donatus G L* IV 392 (V 324) *post Kochium exercitt. critt. et Bergkium ephem. antiq.* XIII 300 *disputavit Corssenus symb. critt.* 266 *sqq., novam doctrinam protulit Bergkius symb. ad gramm. Lat. I p.* 154 *sqq.*

X

Medea

Quo núnc me uortam? quód iter incipiam íngredi?
Domúm paternamne ánne ad Peliae fílias?

Digitized by Google

Cicero de orat. III 58, 217 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce: quo' e. q. s. Haec Gracchus apud Ciceronem de orat. III 56, 214 et apud Quintilianum XI 3, 115 et ipse Cicero pro Mur. 41, 88 imitati sunt. Euripidis sunt v. 502:

νῦν σοὶ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;

XI

Iaso

Tú me amoris mágis quam honoris séruauisti grátia.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris' e. q. s. 'Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! Atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet, se coniugem habuisse [inc. inc. fab. XCV.]' Cf. Euripidis v. 530:

ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

seruauisti *Cratandrina* seruasti ω

XII

Sol, quí candentem in caélo sublimát facem

Non. 170, 10 'sublimare, extollere. Ennius Medea ...' Cf. Euripidis v. 764: *ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς.*

sublimas *Columna, fortasse recte, sed addidisse potest poeta e. c.* sit testis

XIII

Medea

... saluete, óptima corpora! 235

Cétte manus uestrás measque accipite!

Non. 85, 1 'cette significat dicite uel date ab eo, quod cedo ... Ennius in Medea ...' Euripides v. 1069:

δότ', ὦ τέκνα,
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.

1 optima pignora *H. Stephanus* o pia pignora *x*

Digitized by Google

XIV

Iúppiter tuque ádeo summe Sól, qui res omnís spicis,
Quíque tuo ⟨cum⟩ lúmine mare térram caelum cóntines,
'Inspice hoc facinús, prius quam fíat: prohibesseís scelus!

Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 16 K. 'similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus: Iuppiter' e. q. s. 'nam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet.' Euripides v. 1251:

ἰὼ Γᾶ τε καὶ παμφαὴς
ἀκτὶς Ἠελίου, κατίδετ' ἴδετε τὰν
ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

1 qui res omnis *ω* qui omnis res *H. Keilius* res qui omnes *Vossius* res omnes qui *Porsonus* spicis *Vahlenus mus. Rhen.* 14, 566 inspicis *ω* 2 tuo cum lumine *idem* tuo lumine *ω* lumine tuo *Porsonus* obtutu luminis *Bue* maria *Porsonus* (*cf. coroll.* XXIX) contues *Vossius* quique maria terram caelum contines tuo lumine *Fleckeisenus* 3 fiat *vulgo* fit *ω* prohibesseis *Fleckeisenus* prohibesse et *Par.* prohibesse *Vat.* prohibessis *Bothius* prohibe *Egnatius* hoc prohibe *Vossius*

XV

240 Qui ípse sibi sapiéns prodesse nón quit, nequiquám sapit.

Cicero ad famil. VII 6 (cf. V) Idem de off. III 15, 62 'haec igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius nequiquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. Vere id quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conueniret.' Sententia Euripidis est fr. 905 N².: *μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.*

ipsus *Columna* ipsi *Spengelius in senariis*

XVI

'Vtinam ne umquam, Méde, Colchis cúpido corde pédem extulisses!

Non. 297, 16 'efferre significat proferre . . . Ennius Medea . . .' cf. Euripidis v. 431 *σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἔπλευσας Μαινομένᾳ κραδίᾳ.*

Mede *nominis formam vindicavit Meinekius anal. Alex.*

Digitized by Google

p. 45 Colchis *Fruterius, Lipsius* cordis ω extetulisses *coni. Buc anapaestis: cf. coroll.* XXX

Inserenda praeterea huic fabulae sunt inc. nom. XXV, inc. inc. fab. XCIV, fortasse etiam LXXXVII. LXXXIX. XC. XCI (LXXXVIII?).

MEDEA

Asta átque Athenas ánticum, opulentum óppidum
Contémpla et templum Céreris ad laeuam áspice.

Non. 470, 3 'contempla ... Ennius Medea: asta ... contempla.' Varro de l. l. VII 9 M. 'in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Ennium in Medea: contempla' e. q. s. 'contempla et conspicare idem esse apparet.'

1 atq. atq. *Ba* anticum *Rothius* antieum ω antiquum *ed. pr.*

MELANIPPA

I

Certátio hic est núlla quin monstrúm siet: 245
Hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

Cf. Cicero de off. I 31, 114.

Non. 469, 5 'auguro ... Ennius Melanippo ...' (Menalippo W Bamb. Harl. Melanippo Leid. Melanippa Columna.)

1 certatio *Passeratius* certo ω nulla *Ba L* nullum φ nullum dubium *Bergkius*

II

Mi auscúlta, nate: púeros iube cremárier. 246 248

Non. 246, 11 'auscultare est obsequi ... Ennius Menalippa ...'

1 mi *Fruterius* mihi ω 2 iube cremarier *vel* cremitari iube *Bothius* cremari iube ω comburi iube *x*. *De re cf. coroll.* XXX

III

.... regnúmque nostrum ut sóspitent
Supérstitentque. 250

Digitized by Google

Non. 176, 2 'sospitent, saluent.' Idem 170, 14 'superstitent, saluent.' (Menalippa W p. 176)

1 ut *om. ω p.* 176 *Fortasse uno uersu* regnúmque nostrum sóspitent supérstitent

IV

Lumine sic tremulo terra et caua caerula candent.

Macrobius Sat. VI 4, 7 'splendet tremulo sub lumine pontus: tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Melanippe . . .'

anapaestos dimetitur x: cf. coroll. XXX

V

. . . . . cum saxum scíciderit.

Priscianus p. 890 P. 'scindo, scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant . . . Ennius in Melanippa: cum in e s. s.' (in melanippa om. Sang. imlanippa Reg. in menalippa Bamb. Bern. in menelāpa Carolir. in melāpa Grut.) Gellius VI (VII) 9, 16 'praeterea inueni a uerbo scindo simili ratione non sciderat sed sciciderat dictum esse. L. Accius . . . Ennius quoque [in Melanippa: cum s. s.] Valerius Antias' e. q. s. Supplevit lac. Gronovius.

scisciderit *Reg.*

VI

Gellius V 11 'inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est . . . qualis a Q. Ennio 'in Melanippa perquam eleganti uocabulo stata dicitur . . . Ennius autem in ista quam dixi tragoedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent.'

Quae numeris sic conclusit Bue: uídi eas ferme féminas 'Incolumi *e. q. s.*

Melanippae esse suspicatus sum etiam inc. nom. XXXIV.

NEMEA

I

Teneór consipta, undíque uenor.

Non. 183, 14 'uenor, circumuenior. Ennius Nemea . . .'

Digitized by Google

(menea, sed corr. ut sit nemea, W Medea Bentinus) cf. Pauli Festus p. 62 M. 'consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.'

consipta *Vossius ex Paulo* concepta *W* consepta φ

II

Pecudí dare uiua maríto

Priscianus p. 659 P. 'hic et haec et hoc pecus. Ennius in Nemea ... Potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam: aquila maritus uel rex auium.'

pecodi *Sang.* uiua χ uiuã *Bern. alt. m. corr.* uiuam φ iura *conieci trag. Rom. p.* 162 maritus *add. Reg. m.* 2 pecudi dare Viuám marino *Grotius*

PHOENIX

I

Stúltus est qui ⟨nón⟩ cupienda cúpiens cupientér cupit.

Non. 91, 8 'cupienter, cupidissime ... Ennius Foenice ...'

stultust *Vossius* non *inserui* nec *Bergkius* cupienda *idem* cupida ω cupidam *Vahlenus Herm.* 12, 399 cupida mente *idem ind.* 1888/9 *p.* 16 cupita *olim dedi*

II

Séd uirum uerá uirtute uíuere animatum áddecet
Fórtiterque innóxium orare áduersum aduersários.
'Ea libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstitat:
'Aliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent.

Gellius VI (VII) 17, 10 (de significatione uocabuli, quod est obnoxius) 'iam uero illud etiam Q. Enni ... quod scribit in Phoenice in hisce uersibus ...'

1 uirtute uera *Bothius* 2 orare *scripsi coroll.* XXXI uacare *Reg.* uocare φ stare *Bentleius* facere *Buc* innocuum uerare *Vahlenus Herm.* 12, 254 aduersus χ ad *Bothius* 3 ea libertast, si qui *Acidalius, sed cf. coroll.* XXXI 4 obnoxiosae *Acidalius* obnoxio se *vel sim.* ψ obnoxiae χ

Digitized by Google

III

Plús miser sim, sí scelestum fáxim quod dicám fore.

Non. 507, 22 'faxim, fecerim. Ennius Foenice . . .'

sim *Delrio* sum *ω* scelestum *ed. pr.* scelestim *ω*

IV

. . . . ⟨nec⟩ tú metuisti crédere? —
Tuque éxercere línguam, ut argutárier
Possís?

Non. 245, 25 'argutari dicitur loquacium, proloqui. Ennius quoenice tum tu isti credere atque exerce linguam' e. q. s. (Phoenice: tum Mercerus.)

1 tu metuisti *conieci coroll.* XXXI (*olim* potuisti) tum tu isti *ω* tutum isti *Bothius* crede *GHL* 2 tuque *scripsi* atque *ω* exercere *Vrbin.* 308 exerce *φ* linguam *Basil. Montep.* lingua *ψ* tum tu isti credere | nolito atque exerce l. ut possis argutarier *x* tum tu isti congredere atque exerce l. ut a. Possis *Bue*

V

265 Quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit!

Non. 512, 8 'duriter pro dure . . . Ennius Foenice . . .' (In Bamb. nihil extat praeter duas voces extremas) Charisius p. 178 P. 'duriter. Terentius in Adelphis . . . ubi Acron: secundum antiquorum, inquit, consuetudinem. Nam et Ennius in Phoenice . . .' (poenice cod.) *Cf. Plauti Merc.* 176

VI

Saéuiter suspícionem férre falsam fúttilum est.

Non. 511, 5 'saeuiter pro saeue . . .'

VII

'Vt quod factum est fúttile, animi uós feratis fórtiter.

Non. 514, 13 'futtile, futtiliter. Ennius Foenice . . .'

futile *Ba* animi *commendavi coroll.* XXXI *sq.* amici *ω* a me *prop. Bue* animis *x* uos feratis *ed. pr.* uos fueratis *ψ* non fueramus *Palat.* nos feramus *ed.* 1480

Digitized by Google

VIII

Ibi tum derepénte ex alto in áltum despexít mare.

Non. 518, 5 'derepente ...'

in salsum *x*

His addi iusseram inc. nom. XXVI inc. inc. fab. CXVII inc. inc. pall. v. 60.

TELAMO

I

Telamo

Ego deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum,
Séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus:
Nám si curent, béne bonis sit, mále malis, quod núnc abest.

Cicero de div. II 50, 104 'an noster Ennius? qui magno plausu loquitur assentiente populo [1. 2]. Et quidem cur sic opinetur, rationem subicit. Sed nihil est necesse dicere quae secuntur: tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit.' Idem de nat. deor. III 32, 79 'Telamo autem uno uersu totum locum conficit, cur di homines neglegant [3].' Idem de div. I 58, 132 (cf. II)

II

Séd superstitiósi uates ínpudentesque árioli,
Aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
Quí sibi semitám non sapiunt, álteri monstránt uiam,
Quíbus diuitias póllicentur, áb eis dracumam ipsí petunt.
[De hís diuitiis síbi deducant drácumam, reddant cétera.]

Cicero de div. I 58, 132 'nunc illa testabor, non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa ariolentur ... agnoscere. Non habeo denique nauci Marsum augurem, non uicanos aruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum. Non enim sunt hi aut scientia aut arte diuini, sed superstitiosi' e. q. s. 'Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante uersibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus.' Ennianos versus demum a verbis 'sed superstitiosi' incipere intellexit Bothius.

Digitized by Google

1 sed *utrum Ennii sit an Ciceronis, dubitari potest* 2 aut insani, quibus *Hermannus* 4 dracumam: *cf. Ritschelii opusc. II* 469 *sqq.* drachmam *Leid. B*[1] dracmam *vel* dragmam *ψ* *Versum* 5 *non potui mihi persuadere ab Ennio potius prioribus adiunctum quam lectoris alicuius lascivia confictum esse* drachumam *ψ* dracmam *vel* dragmam *Leid. B*[2] *Vind.*[2]

III

Móre antiquo audíbo atque auris tíbi contra utendás dabo.

Non. 506, 1 'audibo pro audiam. Ennius Telemone ...' atque *Ba* neque *φ* utendos *Ba* tu ibi c. u. dato *x*

IV

Scíbas natum ingénuum Aiacem, cuí tu obsidioném paras.

Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Telamone quom ait ...'

V

Nam íta mihi Telamónis patris, aui Aéaci et proauí Iouis

280 Grátia ecstet átque hoc lumen cándidum clarét mihi

Non. 85, 23 'claret, clara est' (sit *x*) 'uel clareat ...'

1 aui Aeaci *Bergkius* atquefaci *ω* atque Aeaci *Vahlenus acad. Berol. rel.* 1888 *p.* 32 *sqq.* 2 ecstet *scripsi* (*coroll.* XXXII) ea est *ω* adsit *vel* astet *Bue* esse est *Vahlenus miro acumine* mihi clareat *Onions* *sententiam intellego hanc: ita mihi hoc lumen extet atque clareat gratia maiorum. cf. cor. com.* CX

VI

Eándem me in suspícionem scéleris partiuít pater.

Non. 475, 25 'partiret pro partiretur ...'

in me *Delrio* me, *om.* in, *H*[1]

VII

Deúm me sentit fácere pietas, cíuium porcét pudor.

Non. 160, 4 'porcet significat prohibet ...'

sentit *ω*, *tuetur Vahlenus Herm.* 15, 260, *quem interim sequor*

Digitized by Google

dubitanter. sinit id *Bue* sancit *Bergkius* renuit *Vahlenus Herm.* 12, 254 retinet *Bachrens* incendit *Lipsius* dein senis me *Hermannus*: *an* dein me senicis? (*cf. coroll.* XXXII)

VIII

Stráta terrae láuere lacrumis uéstem squalam et sórdidam

Non. 172, 20 'squalam pro squalidam.' Idem 504, 3 'lauere inde tractum est.'

terra *BaH p.* 504, *Hermannus* squalidam *ω p.* 504

IX

abnuebunt

Diomedes p. 378 P. 'uerum apud ueteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octauo annalium: certare abnueo' e. q. s. 'item in Telamone ex eo futurum abnuebunt.'

abnuebant *Par.*

Eiusdem fabulae est inc. inc. fab. XLV, fortasse etiam inc. nom. XXVII et LXII.

TELEPHVS

I

Regnúm reliqui saéptus mendicí stola. 285

Non. 537, 25 'stolam ueteres non honestam uestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeret. Ennius Telefo [III] idem in eadem: regnum' e. q. s.

mendici *Leopardus* medici *ω*

II

Palám muttire plébeio piáculum est.

Festus p. 145 M. 'mutire, loqui. Ennius in Telepho...' Paulus p. 144 M. 'muttire, loqui. Ennius ...' Phaedrus III epil. 34 'ego quóndam legi quam puer sententiam Palám... periculum est, Dum sánitas constabit pulchre meminero.' Contulit Welckerus ex Euripidis Telepho fr. 703 N². *μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, Εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.*

Digitized by Google

III

Caédem caueo ⟨hoc⟩ cúm uestitu, squálida saeptús stola.

Non. 537, 25 (cf. I) Festus p. 329 M. '[squalidum in]cultum et sordidum — — — — in Telepho: quam ue..... .....stola.' Cf. Euripidis Teleph. fr. 697 N². *πτόχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβὼν ῥάκη Ἀλκτήρια τύχης* (*αἰχμῆς*?)

caedem caueo *Geelius* cedo et caueo *Nonii ω* cedo et abeo *Madvicus* cum *Nonius* quam (*sc.* quom) *Festus* uestitu *Geelius* uestitus *Nonii ω* ue— *Festi cod.*

IV

. . qui illum dí deaeque mágno mactassínt malo!

Non. 342, 15 'mactare malo adficere significat . . . Ennius Telefo . . .' Contulit Geelius de Telepho Eur. p. 26 Euripidis Tel. fr. 720 N² *κακῶς ὀλοίατ'· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.*

senarium praetulit Bue

V

. . . . uérum quorum líberi letó dati
Súnt in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

Non. 15, 12 'enoda significat explana . . . Ennius Telefo . . .'

VI

Et cíuitatem uídeo Argiuum incéndere.

Non. 429, 4 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas incolae . . . Ennius Telefo . . .'

incendier *Aldina*

VII

Deúmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

Non. 490, 12 'itiner pro iter.'

de *om. W*

VIII

Te ipsum hóc oportet prófiteri et próloqui
Aduórsum illam mihi.

Digitized by Google

Non. 232, 25 'aduorsum rursum apud significat ... Ennius Telefo ...'

1 ted ipsum op. hoc *olim scripseram* 2 aduorsus *x*

Praeterea ad hanc fabulam revocavi inc. nom. XXVIII. XXIX, inc. inc. fab. XIV—XVII.

THYESTES

THYESTES acta ludis Apollinaribus a. 585: Cicero Brut. 20, 78.

I

Sét me Apollo spé delectat, dúctat ⟨dictis⟩ Délphicus. 295

Non. 97, 32 'delectare, inlicere, adtrahere. Ennius Theeste ...' (Thoeeste olim scriptum fuit.)

spe *Bue* ipse *ω* ipsus *Bothius* dictis *suppl. Onions, om. ω*
spe delectat laeta *conieceram* *Tradita, ut quae cret. dim. cum tetrap. troch. catal. expleant, mutari vetat Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 9

II

Sed sónitus auris meás pedum pulsu íncrepat.

Non. 255, 25 'crepare, ferire.'

III

Ibi quíd agat secum cógitat pensát putat.

Non. 369, 25 'putare, animo disputare ...'

cogitet *LW* pensat *scripsi* parat *ω* paritat *Bue* curat *Studemundus* uorsat *Luchs*

IV

Quemnám te esse dícam, qui tárda in senéctute —?

Cicero orat. 55, 184 'quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse uideatur oratio ... quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, uelut illa in Thyeste: quemnam' e. q. s. 'et quae sequuntur: quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima.' cf. Varronis sat. *περὶ ἐξαγωγῆς* apud Non. 336, 27 'quemnám te esse dícam, feră qui manu corporis' e. q. s.

senectute *ω*: *ante vocalem in continuitate numerorum ferri potuit.* senecta *Bothius*

Digitized by Google

V

299 'Impetrem ⟨fac⟩ fácile ab animo ut cérnat uitalem
300 ábigeum.

Non. 261, 15 'cernere, iudicare . . .'

fac facile *coni. coroll.* XXXIII facile *ω* fac ille *Vahlenus mus. Rhen.* 16, 579 facite *Delrio* cernet *GH* abigeum *scripsi: cf. CGl.* II 3, 33. 234, 20 IV 3, 15. 201, 14. 301, 25 V 43, 4 babium *ω* halitum *Junius in mg.* habitum *Vahlenus Herm.* 12, 254 uiam *Bue*

VI

Sín fracebunt cóndiciones, répudiato et réddito.

Non. 110, 15 'flaccet, languet, deficit . . . .'

sin *Gulielmius* in *ω* fracebunt *prop. coroll.* LXXV flaccebunt *Nonius* reicito *x*

VII

'Aspice hoc sublímen candens, quem ínuocant omnés
Iouem.

Festus p. 306 M. 'sublimem' (sublimen Paulus) 'est in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeste . . .' Cicero de nat. deor. II 2, 4 'quid enim potest esse tam apertum . . . cum caelum suspeximus . . . quam esse aliquod numen . . . quod ni ita esset, qui potuisset adsensu omnium dicere Ennius: aspice' e. q. s. Ibidem 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: aspice' e. q. s. Ibidem III 4, 10 'primum fuit, cum caelum suspexissemus, statim nos intellegere, esse aliquod numen, quo haec regantur. Ex hoc illud etiam: aspice' e. q. s. Ibidem 16, 40 'sit sane deus ipse mundus. Hoc credo illud esse sublime' e. q. s. Apuleius de mundo c. 33 p. 363 Oud. 'Romanus etiam poeta sic sensit: aspice' e. q. s. Probus in Verg. Ecl. 6, 31 p. 11 K. 'Ennius: aspice' e. q. s. Contulerunt Euripidis inc. fab. fr. 941 N²: *ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα κ. τ. λ. τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.*

sublimen *Verrius Flaccus ut videtur, Apulei ms. Benedictinus, Scaliger ad Varr. de re rust. p.* 235 *veteres Apulei libros antestans: cf. Ritschelius opusc. II* 463 *sq.* sub lumine *mss. Vossiani Apulei* sublime *Festi cod., Apulei Florentinus, Probus, Ciceronis ω* inuocant *corr. ex* inuocat *Leid. B de deor. nat. II* 2, 4 uocant *Festus et Probus*

Digitized by Google

VIII

Thyestes

Nolíte, hospités, ad me adíre: ilico ísti:
Ne cóntagió mea bonís umbraue óbsit.
Tánta uis scéleris in córpore haeret. 305

Alius

Quidnam ést, obsecró? quid te adíri abnutas?

Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'qualis enim tibi ille uidetur [inc. inc. fab. LVII]? Iouis iste quidem pronepos. Tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit [1—3]. Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Idem de orat. III 41, 164 'nolo esse uerbum angustius id quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum: [4]. melius esset uetas prohibes absterres: quoniam ille dixerat ilico ... obsit.'

1 *sqq. baccheos agnovit Bentleius* isti *Pith. Monac. Tusc.* istic φ istinc *Wesenbergius* 3 *bacchiacum versum explent praemisso* meo *Bentleius*, stetis *Lachmannus: creticum olim addito in fine* meo *effeci, sed cf. coroll.* XXXIII *sq.* 4 adiri (*vel* abire) abnutas ω: *bacchei clausula iambica excipiuntur.* abnutas adiri *scripseram* adiri renutas *Bentleius* adirier abnutas *Vahlenus*

IX

Heú heu, mea Fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

Non. 90, 15 'conglomerare, inuoluere, superaddere. Ennius Tithe ...' (thyete Vrbin. 307 Thyeste ante Mercerum.)

heu heu *Vossius* heu *Vrbin.* eu φ eheu *Lachmannus* glomeras *W*

X

... e quá mihi maxime hódie hic contigerít malum.

Non. 268, 12 'contingere, euenire ... Ennius Tyeste ...'

e qua *Bue* quam ω hic hodie ω

Digitized by Google

XI

Thyestes

'Ipse summis sáxis fixus ásperis, euísceratus,
Látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro
* * *
Néque sepulcrum, quó recipiat, hábeat portum córporis,
'Vbi remissa humána uita córpus requiescát malis.

Cicero Tusc. disp. I 44, 107 'execratur luculentis sane uersibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc sane; talis enim interitus non est sine graui sensu; illa inania [1. 2]. Non ipsa saxa magis sensu omni uacabunt quam ille latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare. Quae essent dura, si sentiret, nulla sunt sine sensu. Illud uero perquam inane: [3. 4]. Vides quanto haec in errore uersentur: portum esse corporis et requiescere in sepulchro putat mortuum, magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.' Idem in Pisonem 19, 43 'Thyestea est ista execratio poetae uulgi animos, non sapientium mouentis: ut tu naufragio expulsus uspiam saxis fixus asperis euisceratus latere penderes, ut ait ille, saxa ... atro.' (Verba ut tu naufragio expulsus uspiam Ciceroni rescripsit Bentleius Enniana poesi in brevius, ut videtur, ab illo contracta. Quod scholiasta Vaticanus illis naufragio expulsus uspiam adscripsit 'uersus Ennii', Halmius Garatonio adsentit, qui superiore aliquo Ennianae fabulae loco talia legi potuisse censuit.) Non. 405, 8 'spargere, madefacere. Lucilius lib. XVIIII: [2]' quae aut traducta sunt a Lucilio aut librariorum turbis perperam eius nomine afferuntur.

1 *sqq. numeros constituit Bentleius* 3 quod *x*

'Thyesteas preces' tangit Horatius epod. V 86, ubi cf. schol. Praeterea eidem fabulae tribui possunt inc. nom. XXX. XXXVII—XXXIX, inc. inc. fab. LVII.

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Vlixes

Quís ibi non est uúlneratus férro Frugio? ...

Cicero pro Rosc. Am. 32, 90 'multos caesos non ad

Digitized by Google

Trasumenum lacum, sed ad Seruilium uidimus. Quis ibi non est u. f. F.' Schol. Gronov. in Cic. l. l. 'ferro Frugio] in Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare noluit: quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Vlixes uulneratus inducitur et fugiens ad Achillem uenit. Cum interrogaretur ab Aiace' (Achille Bergkius ind. lect. Marburg. aest. 1844 p. XII), 'cur fugisset, ille ut celaret dedecus: quis enim non' (add. Schuetzius) 'uulneratus ferro Frugio?' Referunt ad Achillem fabulam: mihi monenti etiam in Herculis lutris haec locum habere potuisse adsensit Vahlenus. (cf. hist. trag. Rom. 119) 'Priamum ipsum senem' quae paulo post apud Ciceronem leguntur quomodo potuerit Vlixes in eadem oratione proferre non liquet. cf. Fleckeiseni ad h. l. adn. Gertz stud. crit. in Senecae dial. p. 55 sq.

ibi non est *Cicero* enim *scholiasta* Brugio *Ennium scripsisse iam Osannus anal. crit.* 15 *monuit conl. Cic. oratore* 48, 160 (fr. VII)

II

Eurypylus

O Pátricoles, ad uós aduéniens aúxilium et uestrás manus
Petó, prius quam oppetó malam pestem mándatam hostilí manu.
* * *
Neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere.
* * *
Si quí sapientiá magis uestra mórs deuitarí potest.
Namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus:
Non pótis accedi.
* * *
qui álteri exitiúm parat,
Eum scíre oportet, síbi paratam péstem ut participét parem.
* * *

Digitized by Google

Patricoles

Elóquere eloquere rés Argiuum proélio ut se sústinet.

Eurypylus

Non pótis ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit.

* * *

325 'Vbi fortuna Hectóris nostram acrem áciem inclinatám ⟨dedit⟩

Cicero Tusc. disp. II 16, 38 'quin etiam uidemus ex acie efferri saepe saucios ... at uero ille exercitatus et uetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens a quo obligetur, o Patricoles, inquit, ad uos adueniens ... accedi. Certe: Eurypylus hic quidem est. Vbi tandem luctu conturbatur? Hominem exercitum uide quam non flebiliter respondeat,' (Certe Eurypylus hic quidem est hominem exercitum ubi tantum luctus continuatur libri, nisi quod exercitatum Bern. et alii codd. boni teste Orellio. luctum continuatus Reg. Gud. Brux. Verba certe ... exercitum Patroclo dedit Bentleius, item deleto est Tischerus. cérte Eurypylus híc quidem est: | hóminem e. Seyffertus Berl. phil. Wochenschr. 1884 n. 52. Me in separandis poetae verbis secutus Vahlenus Ciceronis cola ultima sic conformavit: hominem exercitum! ubi tandem luctus continuat. uide e. q. s. Alii alia protulerunt rudia, obscura, incommoda.) 'rationem etiam adferat, cur aequo animo sibi ferendum sit: qui alteri ... parem. Abducet Patricoles, credo, ut conlocet in cubili, ut uolnus obliget. si quidem homo esset, sed nihil uidi minus.' (sic Victorius: uidimus libri.) 'Quaerit enim quid actum sit: eloquere ... suppetit. Laberis' (sic Bentleius. laboris libri): 'quiesce igitur et uolnus alliga.' (Laberis ... alliga: tace Patroclo tribuit Bentleius. Laboris. Pa..... quiesce et uolnus alliga Hermannus Opusc. V 143 Laboris. Pa. Tu quiesce igitur et uolnus alligauero Bergkius l. l. laboris poetae, reliqua Ciceroni ascribunt editores plerique.) 'Etiam si Eurypylus posset, non posset Aesopus: ubi fortuna' e. q. s. 'et cetera explicat in dolore.' Idem orat. 46, 155 'itaque idem poeta' (Enn. 44. 51. 363), 'qui inusitatius contraxerat: patris mei meum factum pudet, pro: meorum factorum, et: texitur, exitium examen rapit, pro: exitiorum, non dicit liberum ... sed ut isti uolunt: neque tuum umquam in gremium extollas liberorum ex te genus. Et idem: namque Aesculapi liberorum. At

Digitized by Google

ille alter in Chryse ... Atqui dixit Accius [inc. fab. V].' Non Accii, ut G. Hermannus opusc. V 142 voluit, cui Lachmannus in Lucr. I 778 adsensit, sed Ennii ex Achille, ut videtur, versus esse cum ipsa Ciceronis verba docent tum genetivi Hectoris v. 325 mensura: cf. Accii inc. fab. XXXVI, Ennii v. 92 sq.

1 Patricoles *ψ* Patrocles *χ* 2 oppetam *Bern. m. alt., unus Oxon. Leid.* mandatam *ω* datam *Bentleius* *Post v. 2 et 3 lacunas statui: cf. coroll.* XXXIV 6 potis *Bothius* potest *ω* 8 paratum *Bentleius* 9 eloquere propere *Bergkius* 10 potis *Davisius* potest *ω* 11 acrem *om. duo Oxon., Bentleius, defendit Bergkius*

III

éo ego ingenio nátus sum:
⟨Aéque⟩ amicitiam átque inimicitiam ín frontem
promptám gero.

Gellius XIX 8, 6 'inimicitiam autem Q. Ennius in illo' (Achille coni. *x*) 'memoratissimo libro' (loco Oiselius: cf. 'liber Acci' Pers. I 76) 'dixit: eo, inquit, ingenio' e. q. s. Nonius p. 129, 26 'inimicitia numero singulari. Ennius ...' Cf. Homeri Il. IX 312 *ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.* Nam ex Achille haec quoque videntur sumpta esse.

1 *sq. trochaeos etiamnunc praetuli anapaestis clumbibus vel laceris* ego *om. Gellius* 2 amicitia modo inimicitiam *L Nonii* inimicitiam atque amicitiam *olim posui* fronte *Grut. Palat. Gellii, Nonii Montep.* frontei *x* expromptam *Fruterius*
eo ego ingénio Natús sum: amicitiam *e. q. s. Bue*

IV

328 † Meae tám potis pacis potíri 329

Festus p. 360 M. 'antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut — Ennius: ille meae' e. q. s. (Achille: meae conieceram. in Nemea Bue)

Et numeri incerti et verba ille meae *cod.: v. supra.* illa me *Hermannus conl. Eur. Hec.* 277 in belli limine | tám p. p. p. *conieci coroll.* XXXV

V

Hectór, qui haud cessat óbsidionem obdúcere. 330

Festus p. 198 M. 'obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius in Tela-

Digitized by Google

mone — item alio loco: Hector' e. q. s. Hectoris Lutris tribui; item fr. VI. VII.

qui] *an* que?

VI

Crássa puluis óritur, omnem péruolat caelí fretum.

Non. 205, 28 'fretum ... masculini ...'

VII

..... uí patefecerúnt Bruges.

Cicero orat. 48, 160 'Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum; ui p. B., non Phryges: ipsius antiqui declarant libri.' Quintilianus I 4, 15 'sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena.'

VIII

hehae! —

'Ipse clipeus cécidit.

Varro de l. l. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est, ut apud Ennium ...' Anonymus de dubiis nominibus GL V p. 574 K. 'clipeus, gen. masc., ut Ennius: cecidit clipeus.' Patricolis caedem in Hectoris lutris narrari Achilli statui conl. Homeri Il. XVI 803: ex comoedia dempta videntur A. Spengelio, sed comoediis Ennii non usum esse Varronem invenio.

IX

335 ... tueor té senex? pro Iúppiter!

Varro de l. l. VII 12 M. 'tueri duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud: tueor' e. q. s. Priamo Achillem in eadem fabula dicere conieci.

X

Aiax

336 Lumén iubarne in caélo cerno?
337

Varro de l. l. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata ... Ennius Aiax' (Ennii Aiax Vahlenus in editione, Ennianus Aiax idem mus. Rhen. 16, 578, valde quidem probabiliter.) 'lumen' e. q. s. (a) Ibidem VI 81 M. 'cerno idem ualet: itaque pro uideo ait

Digitized by Google

Ennius: lumen' e. q. s. (b) Ibidem VII 76 M. 'taliquod lumen' e. q. s. 'iubar dicitur stella Lucifer, quase in summo' (cf. Lachmannus in Lucr. II 291) 'quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam.' (c) Et hoc et sequens fragmentum ad Aiacem rettuli.

1 *sq.* aliquód lumen — iubarne? — *Vahlenus ind.* 1880 *p.* 13 *sq.* álbicat lumen: iubarne *Bue*

XI

Salmácida spolia síne sudore et sánguine

Festus p. 329 M. 'Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, uitio impudicitiae mollesceret. Ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque uiolandarum, quia non patet refugium. Ennius ...' Cicero de off. I 18, 61 'itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: uos enim iuuenes animum geritis muliebrem, illa uirgo uiri' (cf. Lachmannus in Lucr. IV 211) 'et si quid eiusmodi: Salmacida' e. q. s.

sudore et sanguine *Cicero* sanguine et sudore *Festus*

XII

Is habét coronam uítulans uictória.

Pauli Festus p. 369 M. 'uitulans, laetans gaudio, ut pastu.' Alexandro tribuit Hartungus Eurip. rest. II 238.

XIII

Neoptolemus

Philosophari est míhi necesse, at paúcis: nam omnino haút placet. 340

Cicero Tusc. disp. II 1 'Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari ... sed non paucis, ut ille. — Sed tamen in uita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt.' (a) Idem de orat. II 37, 156 'ac sic decreui philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet.' (b) Idem de rep. I 18, 30 'magis eum dele-

Digitized by Google

ctabat Neoptolemus Enni, qui se ait filosofari uelle, set paucis: nam omnino haud placere.' (c) Gellius V 15, 9 'Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait: philosophandum est paucis: nam omnino haud placet.' Ibidem 16, 5 'eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.' (d) Vnde olim talem versum: dégustandum ex eá, non in eam ingúrgitandum cénseo adiunxeram ad 340, sed aegre desideratur philosophiae nomen ad quod ea pronomen referri possit: itaque Mercklino concessi, qui in annall. philoll. supplem. III 668 Gellio haec relinquenda esse censuit. Apuleius de magia c. 13 p. 415 Oud. 'ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari.' (e) Cf. Platonis Hippias maior p. 286 B. Tribui posse Andromachae fabulae monui in quaest. scen. p. 258. cf. hist. trag. Rom. 140.

philosophari est mihi necesse, at *Vossius*, *cf. a. an* philosopharier necessest? philósophandum est, sed *Bothius ex d* mihi phílosophandum est *Davisius*

XIV

342 Ardúa tesca aspera sáxa tuor.

Festus p. 356, 23 M. secundum Vaticanum R teste Mommseno in comm. acad. Berolin. a. 1864 p. 64 'templa antiqua tesca esse ait cuero' (i. e. 'Cicero uero') 'aspera difficilia aditu. Ennius: ardua aspera saxa tuor.' secundum Vrsinum: 'templa antiqua | [deum. Cicero u]ero aspera difficilia aditu | [dixit cum ait lo]ca aspera saxa tesca tuor.' Cf. Paulus 'tesca loca augurio designata. Cicero aspera ait esse et difficilia.' Enniana, quae olim inter incerta incertarum fabularum latuerunt, possunt fuisse ex Andromeda.

olim loca ego aspera saxea tesca tuor *edideram*, *e quibus* saxea *debebam O. Muellero*. *An* ardua saxa aspera tesca tuor?

XV

. . . . . áger oppletus ímbrium

Frémitu

Servius Dan. in Verg. Ge. I 12 'frementem] quod ueteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius: ager' e. q. s. Et hoc et sequens fr. referri potest ad Andromedam.

Digitized by Google

XVI

. . . . . et quís illaec est quae lúgubri
Súccincta est stola?

Non. 198, 1 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . .'

Inter varia, quae temptari possunt, praeplacet sét quis illaec est ⟨mulier⟩, quae stola succincta est lugubri?

XVII

O térra Traeca, ubi Líberi fanum ínclutum
Maró locauit!

Varro de l. l. V 14 M. 'locus est, ubi locatum quid esse potest, ut nunc dicunt conlocatum, ueteres id dicere solitos apparet . . . apud Ennium: o terra' e. q. s. His Eumolpi patriam in Erechtheo salutari potuisse conieci.

1 *sq.* inclutum Maro *in margine exemplaris Spanhemiani in bibliotheca Regia Berolinensi asservati.* in ciuium maro *Goth. Haun.* in ciuium mæro (*sic*), *corr.* muro, *Med. teste Wilmannsio* in ciuium muro *Par. a* inclutum, *om.* muro, *Gulielmius* 2 locaui *ω*

XVIII

Aréopagitae quía dedere aequám pilam

Varro de l. l. VII 19 'Ennii . . . Areopagitae ab Areopago: is locus Athenis.' Ex Eumenidibus sumpta sunt, coniungenda cum v. 136.

quia *scripsi* quid *Flor.* quod *Haun.* qui *Vindob.* aequam pilam *scripsi*: *cf. Asconii argum. Milon. p.* 34, 24 K. *Prop.* IV 11, 20 quam pudam *ω* aequam pugnam *O. Muellerus*

XIX

Apollo

Vndé sibi populi et réges consilium éxpetunt,
Summárum rerum incérti, quos ego ópe mea ex
Incértis certos cómpotesque cónsili
Dimítto, ut ne res témere tractent túrbidas.

Cicero de orat. I 45, 199 'quid est enim praeclarius, quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Py-

Digitized by Google

thius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui ciues consilium expetant' e. q. s. In Eumenidibus videntur dicta fuisse: cf. Aesch. Eum. 29 sqq. 614 sqq.

1 *Populorum regumque concursum Ennius fortasse pluribus exornaverat, ut dubia sit fides huius versus primum a Bothio eruti ex Cicerone* populi et reges *Albertus Langius* ciues omnes *Bothius* 2 summarum *Lagomarsiniani* suarum summarum *Laud. Erl. Leid.* suarum φ ope mea *Reisigius* mea ope ω, *tenet Vahlenus rel. acad. Berol.* 1888 *p.* 12 *sq.* ex] *olim* pro *posui* 3 incepti certos *in coroll.* XXXV *sq. conieci*

XX

Nimiúm boni est, cui níl malist . . . .

Cicero de fin. II 13, 41 'non enim, si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene uiuendum. Hoc dixerit Ennius . . .' Publilius Syrus 430 W.: 'nimium boni est in morte cui nil sit mali', in quibus verba in morte non cum antecedentibus, sed cum sequentibus coniungenda sunt. Muretus Var. lect. V 13 monuit quadrare Euripidis ex Hecuba v. 627 *κεῖνος ὀλβιώτατος Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.* adde Bacch. 910.

nihil est mali ω nimium boni est profecto cui *Hermannus Explebis versiculum scribendo* nimium b. est cui nil malist ⟨cotidie⟩ (*cf. coroll.* XXXVI *com.* CXVI)

XXI

355 Extémplo acceptam mé necato et fíliam.

Varro de l. l. VII 13 M. 'etiam indidem illud Enni . . . extemplo enim est continuo.' (Enni Scaliger enī Flor. et Vindob. enim ceteri libri) Contulit Bothius ex Euripidis Hecuba v. 391 *ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε.*

acceptam *Vossius*, *praelaturus tamen* arreptam. acceptum ω necato *Scaliger* negato ω filiam *Bothius* filium ω

XXII

. . . fauent faucíbus russis

Cantú, plausuque premúnt alas.

Cicero de div. II 26, 57 'cur ante lucem galli canant . . . qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent' e. q. s. Pertinere conieci ad anapaestos qui Iphigeniae initio cane-

Digitized by Google

cantur (cf. I et II), facta ad exemplar Euripideorum v. 9 *οὔπουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης* et 156 *ἴθι λευκαίνει κ. τ. λ.*

1 gallique *supplendum videtur; cf. trag. Rom. p.* 95 2 cantus *Leid. AB Vindob. m. pr.* f. f. russis: ⟨missis⟩ cantu *e. q. s. Vahlenus ind.* 1888/9 *p.* 13

XXIII

Eós reduci quám relinqui, déuehi quam déseri
Málui.

Diomedes p. 441 P. 'homoeoteleuton ... ut apud Ennium: eos' e. q. s. Charisius p. 251 P. 'homoeoteleuton ... ut: hos' e. q. s. Donati ars GL IV 398 K. 'homoeoteleuton ... ut: eos' e. q. s. add. artigr. in Hageni anal. Helv. p. CCXXXVII. Ad Iphigeniam rettuli.

1 hos *Charisius* te duci *Diomedis Monac.* deduci *Par. AB* reuei *Donati Santen. m. pr.* quam relinqui *om. Diomedis ω* quam relinquere *Donati Santen. m. pr.* (*scriptumne* relinquei *fuit?*) 2 maluit *Diomedis Par. B*

XXIV

'Animus aeger sémper errat: néque poti neque pérpeti
Pótis est ..... cúpere numquam désinit.

Cicero Tusc. disp. III 3, 5 'at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. Hoc enim ipso odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger, ut ait Ennius, semper' e. q. s. Cf. v. 190.

1 poti] pati *ω* 2 potis est] potest *ω* potest se *Vahlenus ind. lect.* 1878 *p.* 10 *iambicam clausulam continuans, qualem iam Bergkius commendaverat de lacuna cf. cor. com.* CVIII

XXV

'Vt tibi Titánis Triuia déderit stirpem líberum

Varro de l. l. VII 16 M. 'Ennius: ut tibi' e. q. s. 'Titanis Triuia Diana est' e. q. s. Medeae tribuit O. Muellerus conl. Euripidis v. 714:

οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.

Digitized by Google

XXVI

Néque tuum umquam in grémium extollas líberorum
ex té genus.

Cicero Orat. 46, 155 'itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat [44] ... et [51] ... non dicit liberum, ut plerique loquimur ... sed ut isti uolunt: neque tuum' e. q. s. ... 'At ille alter in Chryse ... Atqui dixit Accius ...' Amyntora in Phoenice fabula hoc filio inprecari coniecit Bergkius mus. Rhen. 1835 p. 73 conlatis Homeri Il. IX 455 verbis *μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.*

neque tuum *Abrinc.* neque tu *φ* neue tu *Fleckeisenus, sed cf.* 311

XXVII

Quí sui quaestus caúsa fictas súscitant senténtias

Cicero de div. I 40, 88 'atque etiam ante hos Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri neque eorum similes, ut apud Ennium est ...' In Telamone post v. 274 inseri voluerunt Vossius et Hermannus.

XXVIII

Sí uoles aduórtere animum, cómiter monstrábitur.

Varro de l. l. VII 89 M. 'apud Ennium: si' e. q. s. 'comiter: hilare ac lubenter.' Et hoc et sequens fr. ex Telepho potest excerptum esse.

XXIX

Homó, qui erranti cómiter mostrát uiam,
Quasi lúmen de suo lúmine accendát, facit:
Niló minus ipsi lúcet, cum illi accénderit.

Cicero de off. I 16, 51 'omnium autem communia hominum uidentur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest [1—3]' Deinde 52: 'sed quoniam copiae paruae singulorum sunt, eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo, ſulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: nihilo minus ipsi lucet.' Idem pro Balbo 16, 36 'comes benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur: qui erranti comiter monstrat uiam, benigne, non grauate.'

1 ut homo *Basil. Oehl. cf. coroll.* XXXVI mostrat uiam *Ambros. Bern. b* uiam monstrat *Bamb.* monstrat uiam *φ* 2 de

Digitized by Google

suo lumine lumen *Bern. c Oehl.* de suae l. a. facis *Herwerdenus Mnemos. n. s.* 21 *fasc.* 4 3 quod *praem. Bern. c* ut *Oehl. Basil.* ipsi lucet *ω infra.* ipsi luceat *supra Ambros. Bamb. Herbipol. Bern. bc* ipsi ut luceat *Bern. a* ut ipsi luceat *Reg. Lall.*

XXX

... pol míhi fortuna mágis nunc defit quám genus.
Námque regnum súppetebat mi, út scias quanto é loco,
Quántis opibus, quíbus de rebus lápsa fortuna óccidat.

Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat: pol' e. q. s. 'Quid? huic calix mulsi inpingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta [89]' Thyestem monui intellegi et cum inc. inc. fab. LVII coniungi posse.

2 mi *Grotius* mihi *ω* 3 lassa *Vind. a Mon. b* accidat *ψ cf. v.* 206

XXXI

Qui témpla caeli súmma sonitu cóncutit

Terentius eun. III 5, 42 'tabulam quandam pictam: ibi inerat pictura haec, Iouem | Quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. | Egomet quoque id spectare coepi: et quia consimilem luserat | Iam olim ille ludum, inpendio magis animus gaudebat mihi, | Deum sese in pretium conuertisse, atque in alienas tegulas | Venisse clanculum per pluuiam fucum factum mulieri. | At quem deum! qui templa' e. q. s. Donatus ad l. l. 'sonitu concutit] *παρῳδία* de Ennio. templa caeli] sententia tragica, sed de industria, non errore.'

XXXII

Labát, labuntur sáxa, caementaé cadunt.

Non. 196, 30 'caementa ... feminini Ennius ..'

labuntur *edd.* lababuntur *ω* caementae *Junius* caementa *ω*

XXXIII

caéli ingentes fórnices

Varro de l. l. V 19 M. 'a chao cauum et hinc caelum ... et Ennius item ad cauationem: caeli i. f.' Cicero de orat. III 40, 162 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo:

Digitized by Google

caeli i. f. Quamuis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.' cf. Hygini fab. 150 'Atlanti autem, qui dux eorum' (Titanorum sc.) 'fuit, caeli fornicem super umeros inposuit' (Iouis), 'qui adhuc dicitur caelum sustinere.'

XXXIV

375 Cúr quod in me est éxsecrabor hóc quod lucet, quíc-
quid est?

Cicero de nat. deor. II 25, 65 'hunc igitur' (sc. Iouem) 'Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: [302] planius quam alio loco idem: cur quod' e. q. s. Fortasse Melanippa dixit.

cur *Reg. Cantab.* cui ψ qui *Gulielmius* quin x cui ... exsecrabor *Schoemannus idem videri dicit quod* cui ... consecrabo

XXXV

378 Flágiti princípium est nudare ínter ciuis córpora.

Cicero Tusc. disp. IV 33, 70 'bene ergo Ennius: flagiti' e. q. s.

XXXVI

Quém metuunt odérunt, quem quisque ódit periisse
éxpetit.

Cicero de off. II 7, 23 'praeclare enim Ennius ...' Eadem sententia utitur Hieronymus ep. ad Theophilum 82, 3. Fortasse Atreo haec in Thyeste opponebantur.

odere *ex Goth. Heusingerus*

XXXVII

380 'O Fides alma ápta pinnis, ét ius iurandúm Iouis!

Cicero de off. III 29, 104 'nam praeclare Ennius ...' Apuleius de deo Socr. 5, 25 L. 'nam et ius iurandum Iouis dicitur.' Ariolando haec quoque et fr. XXXVIII ad Thyestem rettuli.

XXXVIII

. . . . . núlla sancta sócietas
Néc fides regni ést.

Cicero de off. I 8, 26 'quod enim est apud Ennium: nulla' e. q. s. 'id latius patet.' Idem de rep. I 32, 49 'concordi

Digitized by Google

populo ... nihil esse inmutabilius, nihil firmius .... itaque cum patres rerum potirentur, numquam constitisse ciuitatis statum. Multo iam id in regnis minus, quorum, ut ait Ennius, nulla [regni] sancta societas nec fides est.' (vel quoniam scribendum pro quorum vel regni omittendum Maio videbatur.) In mente fuisse videntur Minucio Felici Oct. 18, 6. Conferri iubet Manutius Lucani Phars. I 92.

1 societas sancta *Bern. c*

XXXIX

. . . . . út uos uostri líberi

Défendant, pro uóstra uita mórti occumbant óbuiam.

Servius Dan. in Aen. II 62 'occumbere morti: nouae locutionis figura et penitus remota. Ennius ...' Contuli ex Euripidis Erechtheo fr. 360, 14 N² *ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἔκατι τίκτομεν, Ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ξυνώμεθα.*

1 nostri *Cass. m.* 1 (uestri *m.* 2): *cf. trag. Rom.* 185

XL

... quin índe inuitis súmpserint perduéllibus 385

Varro de l. l. VII 49 M. 'apud Ennium: quin' e. q. s. 'perduelles dicuntur hostes.'

quin *Flor.* quoius *Goth.* quius *Haun.* quod *Par. b* quid *Basil.* uindictam uictis *Scaliger* qui uim (*ego* ius *vel* uices) de uictis *Bue de numeris cf. cor. com.* CVII

XLI

Paréntem et pa⟨triam, dí, seruate⟩ sóspitem!

Festus p. 301 M. 'sos[pes — — — En[nius ..... parentem' e. q. s. Chthoniam in Erechtheo haec et sequentia (fr. XLII) dicere potuisse conieci.

patriam, di seruate *Scaliger* patriae, di seruate *Vrsinus aut* patriam di seruarunt *aut* patriae et mihi seruauit *Albertus Langius* patriam serua saluam et *x* *Senarium agnouit Vossius*

XLII

... uiuam an móriar, nulla in meést metus.

Pauli Festus p. 123 M. 'metus feminine dicebant. Ennius: uiuam' e. q. s. Festus p. 286 M. 'recto fronte ... Cato ... antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius

Digitized by Google

quoque . . . nulla metus.' cf. Paulus p. 60 v. corius; Festus p. 150 u. malo cruce.

nulla *fortasse ablativus est adverbiali significatione ut* nequaquam, *nam in annal.* 537 *V.* metus ullu tenet *scribendum puto*

XLIII

Amícus certus ín re incerta cérnitur.

Cicero Lael. 17, 64 'quamquam Ennius recte . . .'

XLIV

Bene fácta male locáta male facta árbitror.

Cicero de off. II 18, 62 'nam praeclare Ennius . . .'

XLV

390 Múlierem: quid pótius dicam aut uérius quam múlierem?

Rutilius Lupus I 12 'diaphora: hoc schema est, cum uerbum iteratum aliam sententiam significat ac significauit primo dictum. Id est huiusmodi . . . Item in Enni uersu: mulierem' e. q. s. Sic Halmius secundum Meinekium, qui Enni uersus correxerat, aliena manu haec e margine illata suspicans. item uniuersum codices. Similia Graecorum poetarum dicta sunt multa: Sophoclis Epigon. fr. 187 N², Theodectae Alcmeon. fr. 1 (p. 801 N².), Euripidis Hecub. 1178, ex Phoenice fr. 808, Melanippa fr. 494, Stheneboea fr. 666, Carcini e Semela fr. 3 p. 798 N².

Versum agnovit Meinekius

XLVI

. . . . indúta fuit saeuá stola.

Servius in Aen. I 4 'saeuam dicebant ueteres magnam, sic Ennius: induta' e. q. s. 'i. e. magna.'

XLVII

Telis íllí mater

Varro de l. l. VII 87 M. 'lympha a nympha, ut quod apud Graecos *Θέτις*, apud Ennium: Thelis illi mater.' Conferri iubet Turnebus Varronem de re rust. III 9, 19 'quod antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam uocabant.'

Telis *in speculo Praen.*: *ephem. epigr.* I 14 *n.* 22 Thelis *Turnebus* Thetis *Flor.*

Digitized by Google

XLVIII

Vocíbus concide: fáxis musset óbrutus.

Varro de l. l. VII 101 M. 'apud Ennium: uocibus' e. q. s. 'mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt.' Cf. Servius Dan. in Aen. XII 657 'Ennius mussare pro tacere posuit.'

faxis musset *scripsi* facimus et *Flor. cum libris plerisque* face musset *Turnebus* facito m. *x* obrutum *corr. ex* obrutus *F ut videbatur Grothio* obrutus *test. Keilius* ⟨uerbis⟩ fac, si mussat, obrutum *coni. A. Spengelius* et face m. o. *hexametrum mutilum prop. a tragoedia abiudicans Bergkius*

XLIX

Ad eum áditauere.

Diomedes p. 336 P. 'item adeo adis. hoc iteramus adito aditas dictitantes, ut Ennius: ad eum aditauere.'

L

. . . . festíuum festinánt diem. 395

Servius Dan. in Aen. IX 399 'antique properet mortem, ut Plautus: properare prandium; Ennius: festiuum f. d.' Philargyrius in Ge. IV 170 'fulmina properant uetuste ait, ut Plautus: properant prandium, et Ennius: festinant diem.'

LI

. . . . . cúbitis pinsibánt humum.

Varro de l. l. V 23 M. 'terra ut putant eadem et humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere . . .'

pinsabant *Goth. cf. annal.* 354 *V.*

LII

Imprimitque genae genam.

Servius in Aen. VI 686 'Ennius de dormiente . . .' In annales recepit numeris soluta *x*; poterant etiam in satiris legi.

inprimit genaeque *Mon.*, *ut* que *fort. delenda sit* (*cf. coroll.* XXXVII)

Digitized by Google

LIII

Flámmam ⟨enim⟩ sapiéns facilius óre in ardente ópprimit,
Quám bona dicta téneat.

Cicero de orat. II 54, 222 'quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam b. d. t.: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint.' Imitati sunt Petronius fr. 28, 1 B. in carmine: 'nam citius flammas mortales ore tenebunt Quam secreta tegant,' et Symmachus epist. I 31 'nam facilius est ardentes fauillas ore comprimere quam luculenti operis seruare secretum.' cf. Sternbachii gnomol. Vatic. n. 475.

1 enim *om. Cicero* *Indirecta oratione utitur Cicero* opprimet *x*

LIV

400 **Quíquam quisquam quícquam quomquam quídque conueniát neget?**

Rhet. ad Herenn. IV 12, 18 'et si uitabimus eiusdem litterae nimiam adsiduitatem, cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitiis alienis exemplis uti): o Tite' e. q. s. 'et hic eiusdem poetae ...' In satira, non in tragoedia poetam haec lusisse puto. cf. Plauti Pseud. 134.

versum constitui incerta coniectura (*cf. coroll.* XXXVII), *nam exigua in his librorum fides, qui talia fere praebent*: quicquam (qui oquam) quicquam (quicq *s.* quisquam) quemquam (quemq *s.* quemq;) quemque (*s. om.*) quisque. Quiquam *potest dativus esse*, quomquam *idem quod* umquam, quidque *est* quidquid.

LV

402 **Eu, méa puella, ⟨e⟩ spé quidem id successít tibi.**

Varro de l. l. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est, ut apud Ennium [VIII] apud Ennium: eu, mea p.' e. q. s. 'apud Pompilium: heu' e. q. s. (Naeuium cod. B) fortasse comoediae potius adscribendus v.

hau *Par. b* heu *φ* eheu *vulgo* spe *Flor. Goth. Par. a* saepe *Haun.* sepe *Par. b* successit *O. Muellerus* succensit *Goth.* succenset *Flor.* succenses *Par. b*

Digitized by Google

LVI

Seruius in Aen. IX 253 'integer aeui, integri aeui, i. e. adulescens, cui aetas integra superest. Vnde Ennius deos aeui integros dicit, quibus multum aeui superest.'

LVII

. . . . . ángue uillosí canis

Pseudoacro in Hor. Carm. III 11, 18 'muniant angues caput eius] ut ait Ennius: angue u. c.'

LVIII

Versát mucronem. 405

Seruius Dan. in Aen. IX 744 'uersat, librat, iactat: et est Ennianum . . .' Ceterum et huius et aliorum frustulorum incertam originem esse ultro apparet.

LIX

férro foedatí iacent.

Seruius Dan. in Aen. III 241 'foedare, cruentare. Ennius . . .'

LX

'Omnes dant consílium uanum, atque ád uoluptatem ómnia.

Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. 'adfinitate sociatum neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant' e. q. s. Possunt de ariolis intellegi, qui in Telamone fr. II carpuntur.

uoluntatem *x*

LXI

Peruínce pertináci peruicácia.

Frontonis epist. IV 2 p. 60 Nab. 'de Herode quod dicis perge, oro te, [et] ut Quintus noster ait, peruince p. p.' cf. Acci v. 4 sq. quem M. Caesar fortasse in mente habuit.

Digitized by Google

M. PACVVIVS

ANTIOPA

PACVVI ANTIOPA ex Euripidis fabula (cf. Hygin. 8) cognomine expressa: Cicero de fin. I 2, 4. cf. Acad. pr. II 7, 20 de off. I 31, 114.

I

1ª Iouis éx Antiopa Nýctei natí ⟨duo⟩

Probus in Verg. Ecl. 2, 25 p. 7 K. 'Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei ait natos.' Senarium prologi elicuit Buechelerus.

II

Rhet. ad Herenn. II 27, 43 'item uerendum est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit ... uti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia de musica inducta est, disputatio in sapientiae rationem et uirtutis utilitatem consumitur.'

Eadem controversia tangitur his Ciceronis locis: de orat. II 37, 155 'miror, cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixeris.' de rep. I 18, 30 'atque idem ... Zethum illum Pacuui nimis inimicum doctrinae esse dicebat.' de inv. I 50, 94 'si non id quod accusabitur defendet ... ut Amphion apud Euripidem [item apud Pacuuium], qui uituperata musica sapientiam laudat.' Cf. Hor. epist. I 18, 39 sqq.

III

1ᵇ Loca hórrida initas.

Diomedes p. 336 P. 'ineo inis, et inito dicimus, ut Pacuuius in Antiopa: l. h. i.'

IV

Amphio

Quadrupés tardigrada agréstis humilis áspera,
Breui cápite, ceruice ánguina, aspectú truci,

Digitized by Google

Euíscerata inánima cum animalí sono.

Astici

Ita saéptuosa díctione abs té datur
Quod cóniectura sápiens aegre cóntuit:
Non íntellegimus, nísi si aperte díxeris.

Amphio

Testúdo

Cicero de div. II 64, 133 'nam Pacuianus Amphio [1—3] cum dixisset obscurius, tum astici respondent: [6] At ille uno uerbo: testudo. Non poteras hoc igitur a principio, citharista, dicere?' (astici Orellius artici Erl. acciti Reg. Gud. Rehd. attici Leidenses ABH, Vindob. Illud scholio in Eur. Hipp. 58 *ὡς καὶ ἐν τῇ Ἀντιόπῃ δύο χοροὺς εἰσάγει, τόν τε τῶν Θηβαίων γερόντων διόλου καὶ τὸν μετὰ Δίρκης* confirmari monuit Schneidewinus.) Tertullianus de pallio 3 p. 44 Salm. 'est et [1] testudinem Pacuuianam putas? non est: capit et alia bestiola uersiculum.' Non. 170, 17 'septuose, obscure. Liuius Antiopa [4. 5]' (Pacuuius Scriverii mss., Bergkius)

1 tardigrada] *cf. Mar. Victor.* CGL VI 23 K. 2 capite breui *ω* truci. (*erasa una litt.*) *Leid. B*: *cf. coroll.* XXXVIII 4 septuose (septuosed H^1) dictio *ω* 5 coniectura *Rothius* consecutura *W* consectura *φ* contuit *vel* consulit *Vossius* contulit *ω* 4 *et* 5 *ex Nonio inserui omissos a Cicerone, cum ad eius consilium inutiles essent* 6 nisi si *BL* nisi *φ*

V

. . . perdita ínluuie atque insómnia

Charisius p. 78 P. 'insomnia . . . singulari numero uigiliam significare' (uolunt grammatici), 'ut Pacuuius in Antiopa dixit . . .'

illuuie *ed. pr.* in illiuie *Neap.*

VI

Frendére noctes, mísera quas perpéssa sum

Non. 447, 16 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare . . . Pacuuius Antiopa [VI] Plautus . . . Pacuuius Anthiopa [VII]'

sum H^2 *Aldina* rum *φ*

Digitized by Google

VII

. frúges frendo sólidas saxi róbore.

sic *praeire poterat* fruges H^1 *Aldina* fruge φ solidas *scripsi* (*cf. etym. m. p.* 60, 4) solas ω solo *coniecceram* saxi *Vossius* acsic ω *quod* sacsei *fuit qui interpretaretur* (*cf. coroll.* XXXVIII) robore *Scaliger* probore ω (*nisi quod* probare *W* proborem *H*)

VIII

. . . . . sól si perpetuó siet,
Flámmeo uapóre torrens térrae fetum exússerit:
Nócti ni interuéniat, fructus pér pruinam obríguerint.

Varro de re rustica I 2, 5 'em ibi' (sc. in regionibus septentrionalibus) 'tu quidquam nasci putes posse aut coli natum? Verum enim est illud Pacuui: sol si perpetuo sit aut nox, flammeo uapore aut frigore terrae fructos omnis interire.' Idem de l. l. VI 6 M. 'nox, quod ut Catulus' (Catullus Goth. Haun. Pacuuius — immo Pacuius — Scaliger) 'ait, omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint, quod nocet, nox.' Scaligero recte obtemperavit H. Peter ann. philol. 1877 p. 749 sq., inani pertinacia oblocutus est Buettner Porcii Licini sui p. 187 sq. Meminerat Varronis Minucius Felix Oct. 17, 8 (cf. coroll. XXXVIII). Festus p. 352 M. 'torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa [2]' Suetonius Prato apud Isidorum de natura rerum cap. 44 p. 74 ed. G. Becker (cf. eiusdem proll. p. XVI sq. et Suetoni reliquiae ed. Reifferscheid p. 244) 'torrens fluuius, qui pluuia crescit, siccitate torrescit, id est arescit, de quo Pacuuius: flammeo uapore torrens torret.' Eadem habet Isidorus Orig. XIII 21.

1 siet *Bothius* sit *Varro* 2 torrens torret *Isidori* ω 3 *Scaligero duce reconcinnavi*

IX

Mínitabiliterque íncrepare díctis saeuis íncipit.

Non. 139, 23 'minitabiliter pro minaciter ...'

se(uis *L* seuius *H*

Digitized by Google

X

Nonne hínc uos propere ⟨e⟩ stábulis amolímini?

Non. 73, 15 'amolimini est recedite uel tollite ... Pacuuius Hermiona ... idem Antiopa ...'

e *Scaliger*, *om.* ω

XI

Sed cúm animo attendi ád quaerendum, quíd siet

Non. 238, 15 'attendere est intendere .....'

animum *Junius*, *recte*, *ut videtur*

XII

. . . . . céruicum

Florós dispendite crínes.

Servius in Aen. XII 605 'flauos Lauinia crines: antiqua lectio floros habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotauit: neotericum erat flauos, ergo bene floros, nam sequitur: et roseas laniata genas ... P. Antiopa ...'

2 dispendite *scripsi*. disperdite *Servius Fuld*. dispergite *Delrio*

XIII

Saluéte, gemini, méa propages sánguinis! 20

Non. 64, 30 'propages est series et adfixio continua uel longe ducta ...' Idem 221, 7 'propago, propages ut saepe generis est feminini.'

XIV

Persius I 77 'sunt quos Pacuuiusque et uerrucosa moretur Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.'

Certe cor luctificabile pro ipsis Pacuvii verbis haberi licet. Cf. inc. fab. VII.

XV

inluuie córporis 20a

Et coma prolíxa impexa cónglomerata atque hórrida

Schol. Persii I 77 'Antiopam uerrucosam Persius dicit quae apud Dircen seruitio oppressa in squalore fuit. sic illuuie' e. q. s. Pacuviana verba agnovit O. Iahnius, quibus sic fortasse addendum esse monet Bue.

prolixa *Mon.* promissa *Bern.* atque *Mon. Bern.*, *om. ed. pr.*

Digitized by Google

XVI

Martianus Capella III 257 'nam Setum dicebant quem nunc Zethum dicunt.'

Priscianus p. 561 P. 'T et Z in graecis tantummodo ponuntur dictionibus, quamuis in multis ueteres haec quoque mutasse inueniantur, et pro T V, pro Z uero, quod pro SD coniunctis accipitur, S uel SS uel D posuisse, ut ... Saguntum, massa pro Ζάκυνθος, μάζα ... Sethus' (immo Setus, ut docuit Ritschelius opusc. IV 146) 'pro Ζήθος dicentes.' Haec ad Pacuvium videri spectare monuit Fleckeisenus Epist. crit. ad F. Ritschelium p. XIII

Praeterea locupletari huius fabulae reliquiae possunt his: inc. fab. I—VII. LIII, inc. inc. fab. LXX. CXIX. CXX.

ARMORVM IVDICIVM

I

.... séque ad ludos iam índe abhinc exérceant.

Charisius p. 175 P. 'abhinc.'

seseque *Hermannus*

II

Quí uiget, uescátur armis, íd percipiat praémium.

Non. 416, 1 'uesci etiam significat uti ... Pacuuius Chryse ... idem Armorum iudicio ...'

it *GHL*, *unde* id *x* ut *φ*

III

... qui sése adfines ésse ad causandúm uolunt,
Dé uirtute is égo cernundi dó potestatem ómnibus.

Non. 89, 11 'causari causam dicere uel defendere ...' Idem 261, 19 'cernere rursum dimicare uel contendere ...'

1 adfines *Junius* adfinem (*sc.* ad finem *Bue*) *ω* 2 his *H p.* 89 et *ω p.* 261 potestatem cernundi do omnibus *ω p.* 261

IV

'An quis est qui té esse dignum, quícum certetúr, putet?

Non. 473, 14 'certatur pro certat.'

Digitized by Google

V

. . si non ést ingratum re ápse quod fecí bene.

Festus p. 278 M. 'reapse est re ipsa. Pacuius in Armorum iudicio . . .' Paulus p. 279 M. 'reapse est re ipsa. Pacuuius: si' e. q. s.

re abse *Festus* (*cf. coroll.* XXXVIII) bene *om. Paulus*

VI

túque te
Désidere ⟨in túto residem,⟩ nós hic esse in ⟨múnere
Máluisti.⟩

Festus p. 281 M. '[reses — — —] residet. Accius — — — Pacuius in arm — — — tuque' e. q. s.

1 *sqq.* tuque te desider ..... nos hic e͞em .... *Festi cod.* tuque te Desidere mauis residem, nos hic esse in miseriis *G. Hermannus*

VII

Díc ⟨mihi⟩ quid fáciam: quod me móneris, effectúm dabo.

Non. 507, 25 'moneris pro monueris.'

septenarium explevi: *cf. coroll.* XXXIX *et Becker in stud. Studem.* I 128; *senarium toleravit G. Hermannus* dabo *Junius* da *ω*

VIII

Próloqui non paénitebunt líberi ingrato éx loco.

Non. 475, 18 'paenitebant.' (poenitebunt Quicherat).

proloqui non poenitebunt, liberi ingrato *G. Hermannus* prologo nunc paenitebunt libunt liberi grato *ω*, *nisi quod* l l bibunt biberi *W* libere *et in fine v. interrogandi notam posuit x*

IX

.. et aecum et réctum est, ⟨tu⟩ quod póstulas:
Iuráti cernant.

Non. 261, 13 'cernere, iudicare'

1 Nestor *post* est *inserendo expleas versum* (*cf. coroll.* XXXIX) sit quod p. *Bue*

Digitized by Google

X

. . . . . nilne ad te dé iudicio armum áccidit?

Cicero Orat. 64, 155 'ait ille alter in Chryse ... nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem: nilne' e. q. s.

nilne *G. Hermannus* nihilne *ω*

XI

Quod égo inaudiui accípite, et quid sit fácto opus decérnite.

Non. 126, 23 'inaudire, audire ...'

quod inaudiui *G. Hermannus, cui ut postea Buechelero trochaei praeplacebant: possis etiam senarium voce* opus *claudere* qui *x*

XII

Cúm recordor eíus ferocem et tóruam confidéntiam

Festus p. 355 M. 'toruitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuuius in Armorum iudicio [XIII] et [XII]' Nonius p. 262, 11 'confidentia rursum temeritas, audacia. Pacuuius in Athalanta [IV] idem lib. X' e. q. s. Secuntur nimirum Lucilii verba, sed post idem excidisse Pacuvii fr. XII et nomen Lucilii admodum probabiliter coniecit Rothius.

XIII

feróci ingenio, tóruus, praegrandí gradu

praegrandi *vulgo* praegnandi *cod.*

XIV

Nám canis, quando ést percussa lápide, non tam illum ádpetit,

Quí sese icit, quam íllum eumpse lápidem, qui ipsa icta ést, petit.

Non. 124, 2 'icit significat percutit, ab ictu ...' (armoro iudicio Vrbin. 307)

2 sese *Vossius* ses *L* se *φ* sed *Ritschelius* eumpse *Vossius* eum ipsum *ω* qui se icit, quam illunc eumpse *G. Hermannus senarios del.* illum *v.* 2 *dimetitur Onions*

Digitized by Google

XV

. . . . mén seruasse, ut éssent qui me pérderent! 40

Suetonius Caes. 84 'inter ludos' (funebres Caesaris) 'cantata sunt quaedam ad miserationem et inuidiam caedis eius accommodata ex Pacuui Armorum iudicio . . .' Appianus bell. civ. II 146 *ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρῆνοι μετ' ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾄδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὐθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καί που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι· ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος κ. τ. λ.* Conferri iussit Langius Vind. p. 34 Ciceronis Phil. II 3, 5: 'quod si esset beneficium, numquam qui illum interfecerunt, a quo erant conseruati . . . tantam essent gloriam consecuti.'

XVI

. . . pro império agendum est. — Quís uetat,
Quí ne attollat?

Non. 246, 4 'attollere significat erigere . . . attollere, adferre. Pacuuius Medo . . . idem Armorum iudicio . . .'

1 qui *Hermannus* 2 qui ne *scripsi*: *cf. coroll.* XXXIX *sq.* quisne ω nequis *Hermannus* nequi *x* attolat *Bue* attulat *Quicherat* abstulat *coni. coroll.* XL

ATALANTA

I

Paréntum incertum inuéstigandum grátia

Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . .'

II

Dólet pigetque mágis magisque mé conatum hoc né- 44
quiquam itiner. 45

Non. 490, 14 'itiner pro iter . . .'

Agnovit octonarium Bue

Digitized by Google

III

⟨Tamen⟩ étsi metuo pícta de pallá plagam

Parum ést, quod te aetas mále habet, ni etiam hunc
ád malam
Aetátem adiungas crúciatum reticéntia?

Non. 1, 31 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ....'

1 nisi *Ba* hic ψ, *om. L an* huc? 2 reticentia L^1, *Gulielmius* reticenti φ *an* reticentiae?

V

Pátior facile iniúriam, si est uácua a contumélia. 279 280

Non. 430, 15 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est.'

uacua contumelia *ed. pr., fort. recte* *Quadratum versum discripsit Bothius, senariorum frusta ipse olim*

VI

Mane, éxpedibo: fác tu contra míhi quod rogo respóndeas. 281 282

Non. 477, 2 'expedibo pro expediam ...'

iambicum octonarium indicavit x fac tum mihi contra ψ fac mihi contra *Ba* fac tu mihi contra *ed. princ.* ac tu mihi contra *olim conieci verbo* rogo *senarium claudens. Probatis illis trochaicos septenarios* mane 'Expedibo *e. q. s. Vsenerus praeferebat*

VII

Gnate, órdinem omnem, ut déderit, enodá patri.

Non. 15, 17 'enoda significat explana ....'

gnate *Mercerus* gnato ω ut dederat *Vrbin.*, *unde* ut res erat *conieci.* utut erit *Palmerius* enoda *Palmerius* enodat ω pater *H* gnato ... pater *Onions* gnato ... enodat pater *Ed. Becker*

VIII

Constérnare, anime, ex péctore aude ecuóluere
Consílium subito, méns, quod enatúmst modo, 285
Qui pácto inimicis mórtem et huic uitam ófferas.

Non. 262, 27 'consternari significat deici. Consternari rursum erigi.'

Digitized by Google

1 consternate *Vossius* animae ω anima *Schegkius*. *post* anime *interrogandi notam posuit x* aude ecuoluere *conicio* hac (hanc *BGH*) et uoluere ω hoc euoluere *Bothius* hoc euoluito *x* 2 subito, mens *conicio Schegkio praeeunte, qui nominativum* mens *habuit*. subit omnes ω quod enatum est *Vossius* quod de nata est ω quod natum est *Lipsius* e re nata *Palmerius* *Dubito an* subitum mentis quod natumst *praeferendum sit*. subitum, res quod enatast *Madvicus* 3 offeras *GH* efferas φ afferas *ed. Mediol.*: *cf. Acci v.* 360 *coroll.* XLV consternare, a., ex p. hanc e. | c. s., nisi quo dea nata est m. *Bue, quae sic fere intellegi vult*: '*mirare feminam consiliatricem, nisi forte divinae sit originis*'.

IX

Nam mé perbitere, illis opitulárier
Quouís exitio cúpio, dum prosím . .

Non. 153, 23 'perbitere, perire.'

1 perbitere *Junius* peruitere ω 2 prosim modo *Gulielmius* nam me p. | quouis e. c. d. possim illis opitularier *Quicherat*

X

. . . . régnum potior, cóniugem macto ínferis.

Non. 501, 21 'potior illam rem.'

XI

290 Nón potest, Melaníppe, hic sine tua ópera exanclarí labos.

Non. 292, 4 'exanclari, perfici.'

labos *Lipsius* clauos ω

XII

Postquam ést oneratus frúgum et floris Líberi

Non. 498, 12 'genetiuus positus pro ablatiuo . . . . .'

oneratus *Ba* honoratus φ

XIII

Ecfáre, quae cor tuúm timiditas térritet.

Non. 228, 17 'timor . . . feminini.'

ecfare *Mercerus* etfare ω territat *Ed. Becker*

Digitized by Google

XIV

⟨Et⟩ támen offirmato ánimo mitescít metus.

Non. 406, 9 'tamen significat tandem.'

et *addidi*, *nisi* tamen offirmatod *praefers*

XV

Séd nescio quid núnc est: animi horrésco et gliscit gaúdium.

Non. 22, 16 'gliscit est congelascit (concalescit *x*) et colligitur, uel crescit uel ignescit ....'

nunc *coroll. com.* CXXII *proposui* (*cf. Luchs Herm.* VI 270) nam *ω* horrescit et gliscit *ω* (*cf. coroll.* XLVI) horresco, gliscit *Bothius* horrescit, gliscit *edd.* (*cf. Lucr.* III 28 *Stat. Theb.* I 493) crescit, gliscit *Bue* (*conl. anthol.* 248 *R.*)

XVI

Regum ímperator, aéternum humanúm sator 295

Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali .... Pacuuius Athalanta ... idem Periboea ...'

regum *Gulielmius* regnum *ω* aeternum humanum *scripsi*, *i. e. deorum hominumque* (*cf. coroll.* XLVI) aeternum morum *ψ* aeternum mox *Ba* aeterne humanum *Bothius*

XVII

. . . . . precor ueniám petens,

Vtí quae ⟨ego⟩ egi ago áxim uerruncént bene.

Non. 185, 26 'uerruncent, id est uertant ...' Idem 505, 18 'axim, egerim. P. Periboea: ut quae egi ... uerruncent.'

1 ueniam petens: *cf. coroll. com.* CXXII 2 uti *Bue* ut *ω p.* 185 aut *ω p.* 505 ego *inseruit Bue* axim *ed.* 1526 exim *ω p.* 185 uel axim *ω p.* 505, *Bergkius* euerruncen *ω p.* 505 *omnia uno octon. iamb. conclusit x*

XVIII

Tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

Non. 476, 12 'tutant ...'

tota *Ba HL* templo *Albertus Langius* templa *ω*

Digitized by Google

XIX

nám si te regerét pudor,

Siue ádeo cor sapiéntia inbutúm foret

Non. 521, 10 'inbuere consuetudo inducere existimat...'

1 regeret *ed.* 1526 tegeret *ω*

XX

Métus egestas, maéror senium, exíliumque et senectús..

Non. 3, 1 'senium est taedium et odium, dictum a senectute ... nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... senium ipsum positum sic ... P. Periboea ...'

senectus *tuetur Bue mus. Rhen.* 42, 587: *ut interpretamentum vocis* senium *delebatur, cuius loco* desertitas (*conl. inc. fab.* LXIII) *ego*, mendicitas *Bue proposueramus*, grandaeuitas *Onions*

XXI

Tríplici pertimefáctus maerore ánimi incerte erráns uagat.

Non. 467, 33 'uagas pro uagaris ..... P. Periboea: in triplici' e. q. s. (Periboeam triplici Leid. Bamb.)

triplici *Vossius* in triplici *ω praeter BaL, de quibus vide supra:* nam *latere potest*

XXII

Béluarum ⟨haec⟩ ác ferarum aduéntus ne taetrét loca.

Non. 178, 8 'tetret, foedet, polluat.'

beluarum ac ferarum *ω* beluarumque huc ferarum *olim scripsi. Temptari alia possunt, velut* haec ferarum ac beluarum *vel* (*ut Bue*) beluarum aduentus ac ferarum

XXIII

Quámquam aetas senét, satis habeam uírium ut te ara árceam.

Priscianus p. 887 P. 'senesco incohatiuum est: nam positiuum eius seneo inuenitur in usu. Accius ... Pacuuius in Periboea: quamquam' e. q. s. (in Periboea om. Sang.)

Septenarium agnovit Bothius, constituit M. Hertzius. satis habeam tam̄ *Reg. m.* 2 satis habeam rem *ψ* satis tamen habeam *ipse olim in senario*

Digitized by Google

XXIV

Neque tuúm te ingenium móderat, neque fratérnum
ira exiliúm leuat.

Non. 336, 26 'leuare rursum releuare ....' Idem 471, 7 'moderant pro moderantur.' Idem 472, 20 'moderant pro moderantur ...'

tunc te ω *p.* 336 moderant ω *p.* 336, *Ba p.* 471 fraternon ω *p.* 471 irae *L p.* 336 *ut Plauti Rud.* 247 iram *Quicherat* uetat ω *p.* 471

XXV

'O multimodis uárium, et dubium et prósperum copém
diem!

Non. 84, 23 'copi pro copioso ...'

uarium *scripsi* uariae *HL* uarie φ: *an recte?*

XXVI

Fléxa, non falsa aútumare díctio Delfís solet.

Non. 237, 2 'autumare est dicere.'

plexa *conl. Festi p.* 230 M. *glossa Bergkius* (*sed cf. Cicero de div. II* 56, 115 'oraculis ... partim falsis ... partim flexiloquis et obscuris.')

XXVII

. . scrupea saxéa Bacchi
Templá prope adgreditur

Varro de l. l. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea ...'

1 *sq. numeros Bergkius dactylicos metiebatur* saxea *probavit post Lachmannum Bergkius* saxå *F* saxa φ 2 aggreditur *F An* adgreditor? *olim* adgredite *conieci*

XXVIII

. . . tiasantém fremitu
Concíte melum!

Non. 213, 13 'melos ... masculino ...'

1 thesiantem ω, h *in W suprascr.* (*cf. coroll.* XLVI) thya-

Digitized by Google

santem *Scriverius* fremitu *Junius* fremita *ω* 2 concidi *ω* concine *Palmerius*

Inserendum praeterea huic fabulae inc. fab. XLI. Merus vel librarii vel diorthotae error est apud Nonium p. 89, 14 v. 'coepere' quod pro Hypobolimaeo Caecilii (fr. V) laudatur Periboea.

TEVCER

I

Quae désiderio alúmnum, paenitúdine,
Squalé scabreque, incúlta uastitúdine

Non. 152, 29 'poenitudinem. P. Teuchro ...' (Teucro Bamb.) Idem 169, 28 'scapres pro scabres ...' ('scabres pro scabra es' Quicherat) Idem 185, 2 'uastities et uastitudo et uastitas ...' Idem 243, 4 'alumnum, filium ...' Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius — et Pacuuius [2]' Eundem versum videtur Varro Manio saturae (fr. 254 B.) inseruisse 'ager derelinqueretur ac periret Squalé scabreque, inlúuie et uastitúdine.'

1 poenitudine *ω p.* 169. 185. 243 penitudinis *BaHL p.* 152 poenitudini *φ p.* 152 2 squale squapreque *ed. Nonii a.* 1526: *cf. Varro.* squales scabresque (quae *p.* 185 qua 169) *Nonius p.* 185. 169. 243 squale scauerisque *ψ p.* 152 qualescauerisquae *Ba p.* 152 quales scabres que *Festus* inculta uastitudine: *cf. Ter. haut.* 295: *an* inluuie ac uastitudine?

II

Post quám defessus ⟨ést⟩ perrogitando áduenas
⟨Omnís⟩ de gnatis, néque quemquam inuenít scium

Priscianus p. 634 P. 'scio, scius: sic Apuleius ... et P. in Teucro ...'

1 est *add. Vossius: cf. Plauti Amphitr.* 1014 2 eorum *post* neque *inseruit Hermannus*

III

Neque pérpetrare précibus imperió quiit

Festus p. 217 M. 'perpetrat, peragit, perficit.'

imperio (*sic iam Scaliger*) quiit *Hermannus* inpetria quid *cod.* nec pretio quiit *Vossius* impetrita quit *O. Mueller*

Digitized by Google

IV

Nihílne a Troia adpórtat fando? . . .

Schol. Veron. in Aen. II 81 'fando . . .] et P. in Teucro . . .'

nilne *Lachmannus* *An* adportas? fando: *cf. coroll. com.* CXXII

V

Quam té post multis túeor tempestátibus!

Non. 407, 32 'tempestas, tempus . . .' Idem 414, 2 'tueri, uidere . . .'

ebeor *ω p.* 407

VI

Periére Danai, pléra pars pessúm datast. 320

Priscianus p. 668 P. 'plerus plera plerum, absque que additione . . . Pacuuius in Doloreste . . . idem in Teucro . . .' Festus p. 230 M. 'plera dixisse antiquos testis est Pacuius cum ait: plera p. p. d.'

pessum data est *Priscianus* pessum datur *Festus*, *non male*

VII

Profúsus gemitu, múrmure 'occisti' ántruat.

Festus p. 229 M. 'profusus — — — Pacuius in Teuc . . . . . ro occistians rua . . . . .' Paulus p. 228 M. 'profusus . . . alias abiectus iacens. Pacuuius: profusus g. m.'

occisti antruat *scripsi* occistians rua *cod.* oscitans ruat *Vrsinus* occentans ruat *Dacerius* occisitans ruat *O. Muellerus* occursans ruat *Hermannus*

VIII

Nos íllum interea próliciendo própitiaturós facul
Remúr.

Non. 111, 20 'facul pro faciliter . . .'

Iambos discripsi cum Buechelero: cf. Skutsch Plaut. et Rom.
122 praeficiendo (proficiendo *Vrbin.*) *ω* perliciendo *Bothius*

Digitized by Google

IX

Nam Teúcrum regi sápsa res restíbiliet.

Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas — — idem cum ait sapsám pro ipsa nec alia — — et P. in Teucro ...'

X

Haúd sinam quidquám profari príus quam accepso quód peto.

Non. 74, 31 'accepso, accipio.' ('accepero' Quicherat)

XI

Facéssite omnes hínc: parumper tú mane!

Non. 306, 33 'facessere significat recedere .... Pacuuius Teucro [XIX] item [326].' Pauli Festus p. 86 M. 'facessere ... interdum uero pro abeat ponitur. Pacuuius: facessite omnes hinc, id est abite.'

omnes hinc *Pauli Festus* hinc omnes *Nonius* *distinxerunt alii ante* tu

XII

Telamo

Ségregare abs te aúsu's aut sine íllo Salaminem íngredi,
Néque paternum aspéctum es ueritus, quom aétate exacta índigem
Líberum lacerásti orbasti extínxti, neque fratrís necis
Néque eius gnati párui, qui tibi ín tutelam est tráditus —?

Cicero de orat. II 46, 193 'quid potest esse tam fictum quam uersus, quam scaena, quam fabulae? Tamen in hoc genere saepe ipse uidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur splendida illa dicentis:' (spondallia illa, l eadem manu suprascr., Erl. spondalli illa Abrinc., spondali, spondalli, spondialia, spondallua, spondalis, spondaica, spondallitia ceteri libri spondaulia Salmasius ad Solin. I 88 e sponda illa Hermannus Opusc. I 304 sua sponte aliena illa Justus Jeepius Philol. IV 305 sq. e suo aliena illa Harnecker.) 'segregare ... ueritus? Numquam illum aspectum dicebat, quin mihi Telamo

Digitized by Google

iratus furere luctu filii uideretur. At idem inflexa ad miserabilem sonum uoce: quom aetate ... traditus flens ac lugens dicere uidebatur. Quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat: quid Pacuuium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit.' Ibidem III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum, incitatum, crebro incidens ... et ea quae tu dudum, Antoni, protulisti: segregare abs te ausus.'

1 ausus *vulgo* Salaminem *Laud.* Salaminam *Lagom.* 4 Salamina φ 2 quom *Erl. m. pr.*, *Abrinc.* cum *Lagom. aliquot*, *Gud. c* quem φ, *probavit Hermannus* 3 extinxti *Manutius* exstincxisti *Erl.* extinxisti φ 4 neque eius grati, *litterae* r *corruptelae signo supra inposito Abrinc.* neque eius crati *Erl.*, *lineola voci* eius *subducta.* neque gnati eius *Hermannus* tutela est *Erl.* tutelast *Harl. Abrinc.* Miseritum est *secutum esse videtur Hermanno*

XIII

mihi classem ímperat

Théssalum nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem.

Non. 155, 4 'properatim et properiter, celeriter, properanter ...'

1 imperat *Mercerus* impetrat ω 2 Thessalam *ed.* 1526 nauitam *Vrbin.* 308

XIV

Rápide retro citróque percito aéstu praecipitém ratem

Réciprocare, undaéque e gremiis súbiectare adflígere

Festus p. 274 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere.' Paulus p. 275 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere ... procare est poscere: unde eque gremiis s. a.'

1 *sic Buecheleri partim ingenio adiutus effinxi.* rapido reciproco percito augusto citare rectem *cod.* rapide percitam aestus ociter ratem *Hermannus* rapido ultro citroque percitae aestu (*vel* austro) praecipitem ratem *Bue* 2 reciprocare *scil. venti* undaeque e gremiis subiectare adfligere *Hermannus* unde eque gremiis subiectare adfigere *cod. Festi* unde eque gremiis sublectare ac figere *Paulus* undae eque gremiis s. a. *Bue* harenas *intellegens, sed* ratem *huc quoque pertinet*

Digitized by Google

XV

335 . . . . ármamentum strídor, flictus náuium,
Strépitus fremitus, clámor tonitruum ét rudentum sibilus

Servius Dan. in Aen. I 87 'stridor autem est sibilus. Pacuuius in Teucro: armamentum stridor, et rudentum sibilus.' Varro de l. l. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui rudentum sibilus.' Servius Dan. in Aen. IX 667 'flictu ... et locutus est iuxta antiquum morem. Pacuuius Teucro: flictus nauium.' Caelius in Ciceronis epist. ad Fam. VIII 2 'in theatrum Curionis Hortensius introiit ... hic tibi [2]' Conflavit has particulas G. Hermannus. Contulit Bergkius de fragm. Soph. e Sophoclis Teucro fr. 520 N².

2 *cf. Plauti Amph.* 1062

XVI

337 'Vbi poetae pró sua parte fálsa confictánt, canunt,
338 Quí causam humilem díctis amplent

Non. 506, 26 'amplant pro amplificant.'

Bothius trochaeos agnovit 1 ubi falsa poetae Pro parte sua *Hermannus anapaestos cum Grotio dimensus* sua arte *Rothius*, *probabam*, *nisi quod ablativi* suad *umbram in corruptela agnoscere mihi visus eram* confictant *Bergkius* conficta ω confícte *Quicherat* canunt *Bergkius* canant ω aggerant *Bue* autumant *ipse conieceram* 2 quia *W* amplent W^1 amplant φ

XVII

340 Quamquam ánnisque et aétate hoc córpus putrét

Non. 159, 17 'putret.'

Baccheos indicavit Ritschelius nov. excurs. Plaut. I 65, *sed idem senarii varias formas* (*cf. opusc.* II 621) *proposuit.* quamquam mi annisque et a. h. c. p. *Hermannus. Senarii primam syllabam* (*e. c.* nam) *ipse olim explendam statui*

XVIII

Aut me óccide, illinc si úsquam probitám gradum.

Non. 154, 3 'prouidere' (probitere Stewechius) 'promouere ecferre.'

illinc si usquam *Vossius* illa hinc si ne usquam ψ (*in* si

Digitized by Google

ne *litteris* sei *latere potest*) probitam *Stewechius* prouideam *ω* progrediam *Onions*

XIX

Té repudio néc recipio: náturam abdicó: facesse! 342 343

Non. 306, 32 (cf. XI)

Octonarium trochaicum constitui quem olim Hermanno auctore in duorum senariorum frustula discerpseram. naturam dico facessti (facesst *GL* facesse *ms. Fabri* facessite *H*, *om. B*) *ω* naturam abdico: facesse, i *Hermannus* natum abdico, facesse *Mercerus* natum meum abdico: facesse hinc *conicio conl.* 55 *et* 326

XX

. . . . ut égo, si quisquam mé tagit

Festus p. 356 M. 'tagit P. in Teucro: ut ego' e. q. s. 'et tagam idem in Hermiona — sine dubio antiqua consuetudine usurpauit: nam nunc ea sine praepositionibus non dicuntur, ut contigit attigit.'

at *Bergkius*

XXI

nisi coércео 345

Protéruitatem atque hóstio ferócium

Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam — — nam et hostire pro aequare posuerunt — — et Pacuius in Teucro: nisi' e. q. s. Non. 121, 15 'hostire est comprimere, recedere ('recidere' Quicherat), dictum ab hostia. Pacuuius Teucro: nisi' e. q. s. 'hostire, offendere cedere (i. e. caedere). Pacuuius Erotopaegnion lib. II' (Laeuius Mercerus, sed fortasse alter Pacuii locus ante Laevii nomen excidit) Idem 490, 19 'ferocia pro ferocitate.'

Sic truncata extant apud Nonium p. 490: nisicitia fercitate (fericitate *BaL* ferocitate *H*) at que ferocia, *in quibus non diversa a nostris latere iudicavit post Mercerum Hermannus*; *historico alicui tribuit Stowasser progr. Freist.* 1884 *p.* 5
1 coerceo *Vrsinus* coeaceo *cod. Festi* coercuero *Nonius p.* 121
2 propteruitatem *L Nonii p.* 121 proteruitates *Festus* hostiaero *Nonii p.* 121 *H*

Adiunxi huius fabulae reliquiis inc. fab. XLIII—XLV. XLIX. L, inc. inc. fab. XLIV. XLVI. XLVII. XLIX.

Digitized by Google

EX INCERTIS FABVLIS

I

Pastor

Exórto iubare, nóctis decurso ítinere

Varro de l. l. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata, Pacui dicit pastor ...' Ibidem VII 76 M. 'iubar ... huius ortus significat circiter esse extremam noctem; itaque ait Pacuius: exorto' e. q. s. Antiopae exordio desumptum videtur.

II

'Odi ego homines ígnaua opera et phílosopha senténtia.

Gellius XIII 8 'item uersus est in eandem ferme sententiam Pacuuii, quem Macedo philosophus, uir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum ...' Non abhorrere a Seti in Antiopa persona monuit Valckenarius Diatrib. p. 77. Comparavit Hartungus Eur. rest. II 420 fr. Eur. 61 N². *μισῶ σοφὸν Ὄντ' ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν*, quod in margine Orionis *ἐξ ἀ*[illegible] sumptum esse notatur, h. e. Schneidewino interprete *ἐξ Ἀλεξάνδρου*.

odi ego (*ut Plauti Amphitr.* 328) *vel* ergo odi *Bothius* ego odi *ω*, *quod olim ita tuebar*, *ut primam versus syllabam excidisse statuerem. Erunt fortasse qui* ego odi homones *commendent* (*coroll.* XXXVI)

III

Tu córnifrontes páscere armentás soles.

Non. 190, 20 'armenta ... feminino Ennius ... uiuius: tu' e. q. s. (cf. Thilo ad Servium Aen. III 540) Amphioni in Antiopa scite tribuit Welckerus Gr. tr. p. 821.

tu pascere cornifrontes soles armentas *Nonius*, *corr. Junius*

IV

Agite íte, euoluite rápite, coma
Tractáte per aspera sáxa et humum,
Scindíte uestem ocius!

Marius Victorinus GL VI 77 K. 'anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Accium ... Contra

Digitized by Google

Pacuuius nouare propositum uolens noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem dactylicum metrum quod appellatur induxit, ut nominis (mominis?) mutatio diuersitatem daret, huiusmodi stasimo seu periodo usus ...' Baccharum in Antiopa choro tribuit conl. fr. XII Hartungus.

1 euoluite (*sc. e latebris*) *Kiesslingius* uoluite *ω* eam uoluite *volebam* auellite *Bue* coma tractate *coniungenda esse vidit Vsenerus*

V

ah!

Cepísti me istoc uérbo, miseretúr tui.

Non. 477, 16 'miseretur pro miseret ...'

1 *sq.* at (ad *BaL* ac *suprascr. W*) cepisti *ω* Atalanta (*quasi fabulae nomen*): cepisti *Mercerus* atat cepisti *Gulielmius* 2 me *om. L, ut integer senarius* ah! cépisti *e. q. s. evadat* istoc uerbo *Mercerus* isto cum herbo (erbo *W*) *ω*

VI

Miserét me, lacrimis língua debilitér stupet. 355

Non. 98, 17 'debiliter, debilitate.' Hoc et sequens fr. potuit in Antiopa locum habere; nisi forte fr. VI ex Iliona potius excerptum est.

VII

Qua te ádplicasti támen aerumnis óbruta?

Priscianus p. 860 P. 'plico plicas plicui uel plicaui ... inuenitur tamen etiam cum praepositione in aui faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuuius ...' Cf. Antiopae fr. XIV.

qua *Ba* quae *φ* quo *Bothius* quoi *x* adplicasti *Brugmanus* adplicuisti *H* adplicauisti (appl.) *φ* tam *edd. ante Ascensianam a.* 1516, *Vossius 'ex ms.'* tam aer. adplicauisti *prop. x*

VIII

quin etiám ferae,

Quíbus abest ad praécauendum intéllegendi astútia,

Mórtis iniectó terrore horréscunt .....

Cicero de fin. V 11, 31 'omnes metu mortis afficiuntur ... quin etiam ferae, inquit Pacuuius, quibus abest ad p. i.

Digitized by Google

a. iniecto terrore mortis horrescunt.' Vocem horrescunt Pacuvianam esse censet Madvicus, illa autem: iniecto terrore mortis, quae in versus speciem redegi, contractam in brevius Pacuvii sententiam exhibere. Statui autem Vlixem in Armorum iudicio hoc exemplo usum esse.

2 astucias *Pal.* astuties *dubitanter Madvicus*

IX

360 Pandíte ualuas, ⟨remouéte seras,
Vt⟩ cómplectar!

Festus p. 282 M. '[reserari] — — — — Pacuuius in ..... (pan)dite' e. q. s.

1 *sq.* remouete seras, ut *Scaliger. Nihil apparet in codice*

X

Nunc prímum opacat flóra lanugó genas.

Pauli Festus p. 94 M. 'Pacuuius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc uersu ...' De Parthenopaeo in Atalanta dictum videtur: cf. Aeschyli Sept. 534 *στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηίδων*.

flora *Scaliger*: *cf. Acc.* 246 flore *ω*

XI

. . . . térra exhalat aúram ad auroram úmidam.

Varro de l. l. V 24 M. 'humor hinc, itaque ideo Lucilius: terra abit in nimbos imbremque. Pacuuius: terra ... humidam, humectam.'

exhalat *Laetus* exalat *F* exhalabat *cod. B* ad] atque *F* aurora *Bothius* humidam *ω* exhalat auram terra ab aurora humidam *Grotius*

XII

Graiúgena: de istoc áperit ipsa orátio.

Cicero de nat. deor. II 86, 91 'dicaturque tam aether Latine quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius [Chrys. 89] quasi uero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur. Si quidem nos non quasi Graece loquentem audiamus. Docet idem alio loco: Graiugena' e. q. s. Quadrat Euripidis Iphig.

Digitized by Google

Taur. v. 236 *Ἕλληνες· ἦν τοῦτ' οἶδα, κοὐ περαιτέρω*, unde coniectura hoc fr. alii ad Dulorestem rettulerunt, ipse nunc ad Chrysen pertinere puto.

istoc *Bothius* ista *Erl.* isto *φ*

XIII[a]

Solátur auxiliátur hortatúrque me. 365

Festus p. 301 M. 'solari sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuuius, cum ait: solatur' e. q. s.

XIII[b]

Pylades

Ego sum Orestes. 365[1]

Orestes

Immo enim uero ego sum, ínquam, Orestes ...

* * *

Vterque

.... ámbo ergo igitur símul una enicárier
Cómprecamur.

Cicero de fin. V 22, 63 'qui clamores uulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cum illa dicuntur: ego sum Orestes, contraque ab altero: immo' e. q. s. 'Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi: ambo' e. q. s. 'quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maximis?' Ibidem II 24, 70 'aut Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares, et si id non probares, quo minus ambo una necaremini non precarere?' Idem Lael. 7, 24 'qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuuii noua fabula! cum ignorante rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseueraret. stantes plaudebant in re ficta.' cf. Augustinus confess. IV 6. In Chryse, non in Dulorestе hanc scaenam fuisse coniecit O. Jahnius Herm. II 233.

2 *sq. cf. coroll.* XLVII ambo ergo (igitur *Vind.*) sunaneganum (*sic Palat. Erlang.* sunaniganum *vel* summa negarim *alii*) precamur *ω* ambo ergo una necarier precamur *Madvicus* ambo ergo sic una enicarier Comprecamur (*vel* precamur *in medio*

Digitized by Google

versu) *Hermannus.* ámbos ergo unā neca (*aut* ambo érgo nos una n.): Precámur *Bue: paene persuasit. Bergkius mus. Rhen. XIX* 605 *hunc locum sic disposuit:* PY. égo sum Orestes. OR. ímmo enim uero ego sum ínquam Orestes. TH. ámbo ergo una | necámini? OR. PY. precámur

XIV

Fórtunam insanam ésse et caecam et brútam perhibent phílosophi,
Sáxoque instare ín globoso praédicant uolúbilei:
Id quo saxum inpúlerit fors, eo cádere Fortunam aútumant.
Insanam autem esse áiunt, quia atrox íncerta instabilísque sit:
Caécam ob eam rem esse ſterant, quia nil cérnat quo sese ádplicet:
Brútam, quia dignum átque indignum néqueat internóscere.
Súnt autem alii phílosophi, qui cóntra Fortuná negant
Vllam miseriam ésse, temeritátem esse omnia aútumant.
Id magis ueri símile esse usus re ápse experiundo édocet:
Vélut Orestes módo fuit rex, fáctust mendicús modo.

Rhet. ad Herenn. II 28, 36 'itemque infirma ratio est, quae non necessariam causam affert expositionis, uelut Pacuuius [1—10]. Nam hic Pacuuius infirma ratione utitur, cum ait uerius esse temeritate quam fortuna res regi. nam utraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is qui rex fuisset mendicus factus esset.' Ibidem 24, 37 'ítem infirma ratio est, quae uel alii expositioni potest adcommodari, ut facit Pacuuius, qui eandem affert rationem quare caeca, eandem quare bruta fortuna dicitur.' Versui 10 subiunguntur haec: naufragio nempe rẽ (rex Par. *Π* res Par. P m. 2) ergo id fructu (fructū Par. P fluctu Par. *Π* m. 2) forte aut fortuna obtigit Herbipol. Par. *Π*B Bern. n. n. res ista contigit ergo id non forte aut fortuna obtigit rell. libri Marxiani. Quae scholiastae doctrinam, non Pacuvii poesin praestare vidit Hermannus.

Digitized by Google

Pacuvii versum qui restituere voluerunt varia temptaverunt velut naúfragio nempe: ergo id factum forte, haud fortuna obtigit Salmasius. ipse in coroll. XLVII proposui: n. n.: ergo id factum haut forte fortuna o., Marxius nuperrime: n.: nempe ergo id f. F. aut F. optigit? Hoc et fortasse fr. XV ex Chryse sumptum videtur.

1—10 *Pertractavit hunc locum in Philologi VII p.* 383 *sqq. Fleckeisenus* 2 saxoque instare in globoso praedicant uolubili *Salmasius* saxoque instare in globos (globoso *Par. Π m.* 2) posse dicant uolubili *Par. uterque*, *Herbip Bern.* saxeoque instare globo praedicant uolubili *Bamb. Leid. Darmst.* saxique instar globosi esse dicunt uolubilem *Corb.* saxique esse instar globosi p. uolubilem *probavit Hermannus* 3 id quo *Par. Π*, *prob. Salmasius* id quod *Herbip. Par. P m.* 1 *Bern.* quo *Corb. m.* 1 quia quo *Corb. m.* 2 *Darmst.* ideo quia quo *Bamb. Leid. Par. P m.* 2 quia quo id *olim posui ut in v. interpolato* fortuna *Herbip. Bern.* 4. 5 *inverso ordine leguntur* 4 esse *Hermannus*, *om. libri*, *quos qui secuntur vocabuli* atrox *prosodiam ignorant* instabilis siet *Hermannus* 5 rem] causam *Darmst.* esse *om. Bamb.* 7 fortuna *Bamb. Leid.* fortunam φ negent *Bamb. Leid. Darmst.* 8 *Corrupta in libris*, *interpolata*, *mutilata certa fide restitui non possunt.* ullam miseritatem esse autumant (autumanitatem *Herbip.* temeritatem *Erf.*) *Par. uterq. Bern. Herbip.* ullam miseritatem esse sed temeritate omnia regi autumaent *Corb.* (sed temeritate omnia regi—regi omnia *Bern.* — *Par. P Bern.*) ullam esse miseriam (miseriam ullam esse *Darmst.*) sed temeritate omnia regi (geri *Leid.*) autumant *Bamb. Leid. Darmst.* Fortunam n. ullam miseram in rebus esse, Temeritatem esse autumant *Marx* miseriam esse ullam *Grotius* *Versum* 9 *restituit Salmasius. In eadem ignarus et ipse incidi et, quem non magis noveram*, *Spengelius.* ueri *om. Herbip.* esse *Herbip. m.* 1 esse aiunt *Par. P m.* 1 *Π Bern. Herbip. m.* 2 esse aiunt quod *Par. P m.* 2 *Corb. Bamb. Leid. Darmst.* reapse *Victorius* re (res *Par. P m.* 2 *Corb.*) ab se ω 10 factust *Hermannus* factus *Leid. m.* 1 factus est φ modo *om. Bamb. Leid. Darmst.* *Post* 10 naufragio nempe ergo id factum Forte aut Fortuna optigit? *sequi vult Marx*

XV

. mendicus, mánticulator: íta fati oppressít iugum.

XV—XVIII Festus p. 133 M. 'manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Vnde manticulari dicebantur qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poetae pro dolose quid agendo usi sunt eo

Digitized by Google

uerbo. Pacuuius [377. 376] Item [378] et [379 sq.]' Pauli Festus p. 132 M. 'manticulari dicuntur, qui manticulas attrectant, ut furentur. Vnde poetae pro dolose quid agendo hoc uerbo utuntur. Pacuuius: ad manticulandum astu adgreditur.' Post manticula periisse extremam partem articuli manticularum et primam sequentis de manticularibus censet O. Muellerus. Cf. Placidi glossa (CGl V 6 G.) 'ad manticulandum, ad dolum et strophas excogitandum.'

sum *vel* nunc *vel* ego *suppleri licet* modici manticulatur . . ita me facti oppressi iugo *cod.* mendicus, manticulator: ita me fati oppressit iugum *Grotius* (aliis)módice manticulatur uita, me f. o. i. *Bue*, *ingeniose*

XVI

'Ad manticulandum ástu aggreditur. — scíte nimquid prompserit?

Personas distinxi alteramque feci interrogantem; scit enim quid *cod.*, *quod* scite (*vel* sciti) nimquid (*h. e.* numquid) *interpretatus sum coroll.* LXXVI prompserit *conieci* promeruerit *cod.* scite quid prome, erue *Scaliger*. *In schedarum scriptura acquievit Lachmannus*

XVII

Deínde adgrédiar ástu regem: ⟨nám⟩ manticulandum ést mihi.

deinde *alii Festo reddiderunt* regem (rogem *in ed. noviss.*) *cod.* rem *Lachmannus senarium dimensus* hic *ante* mihi *inserit Aldina* *cf. Plauti Trin.* 963

XVIII

máchinam ordirís nouam:

380 Mánticulata astu ánne sancta iúra iuranda ádicis?

Pacuvio reddidi cum Buechelero: *cf. coroll.* XLVII *sq.* 1 ordi sis *x* 2 manticulata astu *conieci* manticulatactu *cod.* anne] an *cod.* sancta iura *conieci* sanctiora *cod.* iuranda adicis *conieci* dicis iuraiuranda *cod.* manticulata an sanctiora iura iuranda adicis *Bue*

XIX

Cum deúm triportenta

Varro de l. l. VII 59 M. 'Pacuuius: cum d. t. — —'

Digitized by Google

XX

Vóce suppressá, striato frónte, uoltu túrgido

Non. 204, 30 'frontem feminino genere Vergilius ... masculino Titinius ... feminino Pacuuius: uoce' e. q. s. 'Cato ... fronte longo ... Caecilius ... fronte hilaro ...' (feminino del. Mercerus) cf. coroll. XLVIII. Nostrum versum Vossius adiungi voluit ad Dulorestis fr. XXIII.

striato *Kiesslingius coni. Apulei metam. X* 3 innato *ω* irritato *Scaliger* minato *Onions* turgido: *cf. Apuleius metam.* IX 21 turpitudo *W, mss. Merceri* turpido *φ* turbido *Passeratius*

XXI

Quid ést? nam me exanimásti prologió tuo.

Pauli Festus p. 226 M. 'prologium principium, proloquium.' Fortasse huc adlusit Lucilius apud Nonium p. 30, 27: útrum [tu] tristi's contorto aliquo ex Pacuuiano exordio? Cf. Euripidis Iphig. Taur. v. 1162 laudatus ad Dulor. XXVI et 1160 *τί δ' ἔστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις*;

XXII

In túrba Oresti cógnita, agnota ést soror.

Priscianus p. 887 P. 'notandum tamen, quod cognosco cognoui cognitum et agnosco agnoui agnitum in frequentiore usu faciunt pro o paenultima producta, quam uetustissimi seruabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia ... Pacuuius secundum utrumque protulit ...' Ex Chryse haec sumpta videntur.

XXIII

. . quid cessátis, socii, eícere spiras spárteas? 385

Festus p. 330 M. 'spira — — funis nauticus in orbem conuolutus, ab eadem omnes similitudine.' Conlatis Euripideis ex Iphig. Taur. 1386 *ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται, νεὼς λάβεσθε πόπαις, ξόδιά τε λευκαίνετε* sat probabile fit ad Chrysem haec quoque pertinere.

praemitti vel eia *vel* agite *licet*

XXIV

. . . . . reprime íncicorem iracúndiam.

XXIV. XXV Pauli Festus p. 108 M. 'incicorem, immansuetum et ferum. Pacuuius [386] Interdum cicur pro sapiente ponitur, ut idem Pacuuius [387].'

Digitized by Google

XXV

consiliúm cicur

XXVI

núlla res

Néc cicurare néque mederi pótis est neque refígere.

Varro de l. l. VII 91 M. 'apud Pacuium: nulla res' e. q. s. 'cicurare (cicorare Flor.) mansuefacere.' Fortasse responsum ad fr. XXIV.

2 nec *Lachmannus* neque *ω* potest *F* is refigere *scripsi* reficere *ω* refingere *suaserat Lachmannus* rem reficere *A. Spengelius*

XXVII

390 Séd cum contendí nequitum uí, clam tendenda ést plaga.

Festus p. 162 M. 'nequitum et nequitur pro non posse dicebant, ut Pacuius cum ait: sed cum' e. q. s.

An nequitur? ui *Scaliger* ut *cod.* tendenda est clam *conieci*

XXVIII

Priamús si adesset, ípse eius commiserésceret.

Servius in Aen. XI 259 'uel Priamo miseranda manus] .... est autem Pacuuii qui ait ...' Cf. Ovidii metam. XIV 474 naufragium redeuntium Achivorum narrantis: 'Graecia tum potuit Priamo quoque flenda uideri'; et Senecae Agam. 521 'cladibus nostris daret Vel Troia lacrimas'; denique Terentii hec. I 2, 53 'ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi eius commiseresceret.'

Priamus si adesset, ipse *Bothius* si Priamus adesset et ipse *Servius*

XXIX

Quóniam ille interít, imperium Céfalo transmissum ést..

Philargyrius in Verg. ge. IV 437 'quoniam pro postquam.'

Cefalo *dubitanter posui: cf. trag. Rom. p.* 317 *sq.* calefo *Vatic.* Telepho *Grotius*

Digitized by Google

XXX

Alcýonis ritu lítus peruolgáns feror.

Varro de l. l. VII 88 M. 'origo in his omnibus Graeca, ut quod apud Pacuium: alcyonis' e. q. s. 'haec enim auis Graece dicitur *ἀλκυών*, nostri nunc alcedo; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies alcyonios appellant. Quod est in uersu alcyonis ritu, id est eius instituto.' cf. Ritschelius opusc. II 500. Deiphilum conieci haec in Iliona questum esse.

peruolans *Par. a* (*cf. Lucr.* II 346) feror *Victorius* furor *ω*

XXXI

'Omnes latebras, súbluta mole ⟨ómnes⟩ abstrusós sinus

Suetonius apud Isidorum de nat. rerum 44 p. 73 ed. G. Becker (in Suetonii reliq. ed. a Reifferscheidio p. 243) 'moles quae eminent et procurrunt mari, de quibus Pacuuius: omnes' e. q. s. Ilionae tribui ariolando (cf. inc. inc. fab. XLIII), item fr. XXXII et Bergkio auctore XXXIII.

subluta mole *scripsi* sub leto (sublaetu *Bodl.*) mole (*vel* molae) *ω* sub lata mole *Arevalus* obiecta mole *Rothius* abstrusos *Langensiepenus* abstrusas (*vel* obstrusas) *ω* obtrusas *vel* obrutas *Arevalus* sub litoribus moles abstrusas s. *Bue*

XXXII

Quid méd obtutu térres, mulces laúdibus? 395

Pauli Festus p. 144 M. 'mulcere enim mollire siue lenire est.' cf. p. 186 'optutu' (Reitzenstein Verrin. Forsch. 36)

me *ω*

XXXIII

Servius in Aen. II 506 'de morte autem Priami uarie lectum est. alii dicunt, quod a Pyrrho in domo quidem sua captus est, sed ad tumulum Achillis tractus occisusque est iuxta Sigeum promontorium (nam in Rhoeteo Aiax sepultus est): tunc eius caput conto fixum Pyrrhus circumtulit. alii uero quod iuxta Hercei Iouis aram extinctus sit dicunt .... et hanc opinionem plene

Digitized by Google

Vergilius sequitur, licet etiam illam praelibet, ut suo indicabimus loco.' Idem in Aen. II 557 'iacet ingens litore truncus] quod autem dicit litore, illud, ut supra diximus, respicit, quod in Pacuuii tragoedia continetur.'

XXXIV

Servius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem (Hec. 3) Cissei, quem Ennius et Pacuuius et Vergilius sequuntur.' Cf. Iliona

XXXV

Póst quam calamitás complures ánnos aruas cáluitur

Non. 192, 30 'arua ... feminino ...' Medi frustum agnoscere mihi visus sum.

complures *Bergkius* plures ω per plures *Bothius*

XXXVI

Angués ingentes álites iunctí iugo

Cicero de inv. I 19, 27 'fabula est, in qua nec uerae nec ueri similes res continentur, cuiusmodi est ...' Victorinus explan. in rhetorr. Cic. p. 202 H. 'fabulam dicit esse quae nihil ueri nec ueri simile continet, et dat exemplum: cuiusmodi est angues' e. q. s. Huc spectare Ciceronem de rep. III 9, 14 intellexit A. Maius: 'nunc autem, si quis illo Pacuiano inuehens alitum anguium curru multas et uarias gentes et urbes despicere et oculis conlustrare possit.' Augustinum denique Soliloq. II 15, 29 eodem loco uti notavit Otto ab Osanno laudatus: 'non enim, cum dicitur iunctis alitibus anguibus Medea uolasse, ulla ex parte res ista uerum imitatur, quippe quae nulla sit ..... non ergo dicemus illud de Medea nescio quod monstrum falsum esse ... itane tandem cum audio angues ingentes alites iunctos iugo, non dico falso?' idem epist. VII 4 'ego enim mihi ut libet atque ut occurrit animo, Aeneae faciem fingo, ego Medeae cum suis anguibus alitibus iunctis iugo, ego Chremetis et alicuius Parmenonis.' Confess. III 6 'uolantem autem Medeam etsi cantabam, non asserebam, et si cantari audiebam, non credebam.' Eodem referri possunt Varronis e Marcipore satura (fr. 284 B.) apud Non. 451, 16 'dixe regi

Digitized by Google

Medeam aduectam per aëra in raeda anguibus,' in quibus verba 'per áēra in r. a.' iambicum numerum produnt. Vix dubium quin ad Medum hoc fr. revocandum sit; ac fortasse eodem pertinent fr. XXXVII et XXXVIII.

XXXVII

. . . uolucri cúrrit axe quádriuga. 398 399

Isidorus differ. 47 'uolucres autem non solum aues uocamus, sed quadrupedes nimia pernicitate currentes, sed tamen cum adiectione, ut puta uolucrem equum, uolucrem tigridem. Vt est illud Pacuui: uolucri' e. q. s.

Medea *versum expleat* quadriiuga *scripsi*: *cf. Enn. v.* 92 *coroll. trag.* XLVIII *com.* CXXIII quadriga *ω*

XXXVIII

Pausíllum repeda, gnáte, a uestibuló gradum. 400

Festus p. 281 M. 'repedare, recedere. Pacuius: paulum' e. q. s.

pauxillum *O. Muellerus* paulum *cod.* repeda *Vrsinus* recede *cod.*

XXXIX

Quae meúm uenenis fléxit socium péctora.

Servius Dan. in Aen. V 28 'flecte autem significat muta, Pacuuius: quae' e. q. s. Recte Bothius Circes venena in Niptris memorata intellexit.

XL

eundem fílios

Sibi prócreasse pér Calipsonem aútumant.

Priscianus p. 685 P. 'in o productam desinentia Graeca sunt feminina et uel Graece declinantur . . . uel addita nis faciunt genetiuum, ut Dido Didonis. Accius [886] Pacuuius: filios' e. q. s. paulo infra: 'quod autem Ionis et Calypsonis et Didonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo his uerbis: Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Liuius . . . Ennius . . . Accius.' Charisius p. 47 P. 'sed melius esset secundum Latinam consuetudinem huius Sapphonis, Didonis dicere. Nam et Pacuuius sic declinat . . .' Niptris reddidit Delrio.

1 *sq.* filios sibi procreasse eundem *Charisius* filios sibi

Digitized by Google

procreasse dicitur eundem *Priscianus* filios tibi p. eandem *Vossius* filios sibi procreasse (*om.* eundem) *Bothius*. *Trochaeos ipse olim praetuli* filios . sibi p. eundem p. C. a.

XLI

Calidónia altrix térra exuperantúm uirum

Varro de l. l. VII 18 M. 'Pacuius: Calydonia' e. q. s. 'ut ager Tusculanus, sic Calydonius ager est, non terra.' Quadrat fere ex Euripidis Oeneo fr. 558 N². *ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον Καλυδῶνος*, quo motus Periboeae hoc fr. inserendum esse conieci.

exuberantium *Flor.*

XLII

405 lábitur

. . . . . trabica in álueos.

Pauli Festus p. 367 M. 'trabica nauis, quod sit trabibus confixa. Pacuuius: labitur' e. q. s.

2 alueo *Dacerius*, *fort. recte. Possis etiam sic disponere*: trabica lábitur | in álueos *aut*, *ut monet Bue*, labétur trabica in a.

XLIII

Nám si quae euentúra sunt prouídeant, aequiperént Ioui.

Gellius XIV 1, 34 'praeter haec autem . . . multa etiam memini poetarum ueterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur; ex quibus est Pacuuianum illud . . .' Comparatis Sophocleis inc. fab. fr. 833 N²

ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν

ad Teucrum hunc v. rettuli.

nam si qui quae *vulgabatur* quae *om. Lugd. Z* aequiperem *Vossius*

XLIV

Nérei repándirostrum incúruiceruicúm pecus

Quintilianus I 5, 67 'ceterum etiam ex praepositione et duobus uocabulis dure uidetur struxisse Pacuuius . . .' Varro de l. l. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui rudentum sibilus, hic in-

Digitized by Google

curuiceruicum pecus.' Tetigit Lucilius v. 170 L. Vix dubium quin ad Teucrum pertineant.

in ceruice ruicum *Varronis Flor.*, *corr. Aldus*

XLV

. profectióne laeti píscium lascíuiam
'Intuentur, néc tuendi sátietas capiér potest.
'Interea prope iam óccidente sóle inhorrescít mare,
Ténebrae conduplicántur, noctisque ét nimbum obcaecát nigror,
Flámma inter nubés coruscat, caélum tonitru cóntremit,
Grándo mixta imbrí largifico súbita praecipitáns cadit,
'Vndique omnes uénti erumpunt, saéui existunt túrbines,
Féruit aestu pélagus.

Cicero de div. I 14, 24 'gubernatores nonne falluntur? an Achiuorum exercitus et tot nauium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut profectione l. p. l. intuerentur, ut ait Pacuuius, nec tuendi satietas capere posset? [3 sq.]' Idem de orat. III 39, 157 'sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia: inhorrescit mare [4—8] omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem uerbis dicta sunt.' Vtrumque locum coniungendum esse vidit Bothius. Iulius Victor p. 251 Or. (432 H.), 'ea tamen transferri oportet quae clariorem faciunt rem, ut est inhorrescit m. et feruet a. p.' Albini de arte rhet. dial. p. 545 H. eisdem verbis 'horrescit m.' et 'feruet a. p.' laudat. Nonius p. 423, 6 'horridum ... Accius Medea [VIII] .. M. Tullius .... cum subito mare coepit horrescere .. Varro epistula ad Caesarem: interea prope ad occidentem solem horrescit mare.' Possunt Varronis verba et Pacuvii fabulaeque nomen excidisse. Naufragium in Teucro enarratum est: cf. XIV et XV.

1 sic *ab initio suppleri velim* 2 intuentur, *om.* ut, *Hermannus* intuemur *scite Vsenerus* satietas capier potest *censor in Leutschii ind. philol* 1872 *p.* 287 capere satietas potest *Hermannus* satias capere nos potest *Vsenerus* capere potis est satietas *Stieglitzius* 6 largifluo *Ernesti*

Digitized by Google

XLVI

murmúr maris

Servius Dan. in Aen. I 55 'sic dixit Pacuuius murmur maris, quia uentos murmur sequitur.'

XLVII

hínc saeuitiam Sálaciae

Fúgimus.

Festus p. 326 M. '[Salacia — — —] Pacuuius .... am Salaciae ..... uescimur — — —' Pauli Festus p. 327 M. 'Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare mouere .... Pacuuius: hinc saeuitiam Salaciae fugimus.' Num quae praeterea Pacuviana in Festo lateant, incertum est.

1 Salaciae: *cf. coroll.* XVII

XLVIII

420 . . . . . líqui in Aegaeó fretu

Varro de l. l. VII 22 M. 'Pacui liqui' e. q. s. 'dictum fretum ab similitudine feruentis aquae ... Aegeum dictum ab insulis' e. q. s.

fretu *A. Spengelius* fretum *Flor.* freto *Laetus*

XLIX

. . . . . quí stirpem occidít meum

Charisius p. 85 P. 'stirps ... dixerunt tamen etiam in significatione sobolis masculino genere, ut Pacuuius ...' item Beda de orthogr. VII 291 K. Telamonis in Teucro verba fuisse videntur.

L

Flexánima tamquam lýmphata aut Bacchí sacris

Commóta, in tumulis Teúcrum commemoráns suum

Cicero de div. I 36, 80 'fit ... ut pellantur animi uehementius, saepe etiam cura et timore, qualis est illa flexanima' e. q. s. Varro de l. l. VII 87 M. 'apud Pacuium: flexanima tamquam [lymphata]: lymphata dicta a lympha.' Non dubium quin de Hesiona haec in Teucro narrata fuerint.

1 aut *unus cod. Moseri, Auratus* ut φ bacchi *Ciceronis Palatinus unus teste Grutero* baccha (*posteriore* a *in ras. Leid. B*) φ

Digitized by Google

LI

Tópper tecum, síst potestas, fáxsit: sin mecúm uelit

Festus p. 352 M. 'topper fortasse ualet in Enni et Pacui scriptis — Pacuuius: topper' e. q. s.

sist] sit *cod.* si *Bothius* sin] si *cod.*

LII

'Obstinati exórtus

Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit, ut Pacuuius: o. e.'

obstinati exortus *cod.*: *nolim defendere cum Buechelero, qui impetus vel militum vel ventorum intellegit.* obstinari exorsus *Bothius, praeeunte* exorsus *Aldina. An* obstinate?

LIII

Servius in Aen. IV 473 'a Pacuuio Orestes inducitur Pyladis admonitu propter uitandas Furias ingressus Apollinis templum, unde cum uellet exire, inuadebatur a Furiis.'

Hanc scaenam Hermionae fuisse suspicatus sum conl. Verg. Aen. III 330 sqq.

LIV

Non. 111, 22 'facul pro faciliter . . . Afranius Auctione: haut fácul, ut ait Pacúuius, femina ⟨úna⟩ inuenietúr bona.'

In Antiopa haec iactari poterant. In quaest. scaen. p. 353 dixi, quod postea Bergkius symb. in gramm. lat. p. 139 adnotavit, Graeci, non patrii poetae verba videri in Curculione Plauti laudari v. 591 'ántiquom poetam audiui scripsisse in tragoedia, Múlieres duás peiores ésse quam unam múlierem.' propius ad Pacuvii sententiam accedit Merc. 512.

haut *H*, *Lachmannus* aut φ una *Lachmannus*, *om.* ω *Pacuvius scripserat fortasse*: Haud fácile femina ⟨úna⟩ inuenietúr bona, *nisi forte creticos* haút facul fémina una ínuenitúr bona *praefers*

Digitized by Google

LV

Calcam

Charisius p. 50 P. 'quamuis antiqui, ut Pacuuius et Plautus, Calcham dicant, non Calchantem.' calchan cod. Calcham (immo Calcam) scribendum esse monuit Ritschelius Prol. Trin. p. LXXXVII.

LVI

torrus

Servius in Aen. XII 298 'nam illud Ennii et Pacuuii penitus de usu recessit, ut hic torrus, huius torri dicamus.'

LVII

iteris

Charisius p. 63 P. 'iter iteris debet facere, non itineris ... plurali tamen numero itinera semper dicemus. non enim sicut huius iteris Pacuuius dixit, et haec itera potuit dicere.' Idem p. 109 P. 'Pacuuius quoque iteris dixit.'

LVIII

insomnia

Servius in Aen. IV 9 'sciendum igitur: quia, si terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia enim' (h. e. vigilia) 'licet et Pacuuius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit et de usu remouit.'

LIX

pută. ită

Servius in Aen. II 651 'praepositiones uel aduerbia in a exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto puta et ita ('et ita' om. Hamb.), quae ('quia' vulgo) apud Ennium et Pacuuium breuia sunt.' puta et ita] ita et quia coni. Thilo conl. Prisc. II 65 H. Servio de fin. IV 454 K.

LX

hic Iouis

Pompeius GL V 187 K. 'hoc ipsum etiam quod diximus, hic Iuppiter et huius Iouis, apud antiquos libros inuenimus plenas declinationes, hic Iuppiter huius Iuppitris huic Iuppitri. Legimus in Capro hic Iouis, huius Iouis. Etiam Naeuius Accius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.'

Digitized by Google

LXI

ante templo
propter homine
praeter condemnatis

Pompeius GL V 278 K. 'non dubitat Pacuuius dicere ante templo; non dubitat dicere propter homine; non dubitat dicere, quod dixit etiam Sallustius, praeter condemnatis. iste enim dixit:' (Catil. 36) 'praeter rerum capitalium condemnatis. inuenimus ista omnia.' In illo 'homine' fugit grammaticum fortasse omissa finalis consonans m. De Sallustiano exemplo recte iudicat Bergkius symbol. I p. 44 adn.

LXII

applar

CGl. II 18 G. (coroll. XLIX) 'appia, *εἶδος σκεύους, ὡς πακοόβιος*.' Isidori gloss. 'applare, cochlear.' cf. Lydus de mens. 25. Ergo scribendum applar vel aplar, ut vidit Jos. Klein mus. Rhen. XXIV 295.

LXIII

desertitudines

Statii commentarius ('vetustissimarum membranarum', si modo vere) laudatus a Casp. Barthio animadv. ad Statii Theb. IV 737 p. 1230: 'deserta] desertitudines. Vt Placubius.' Pacuvium citari vidit Barthius, indicavit hunc locum Rob. Unger 'Papinii Statii ecloga ultima' p. 242 adnot.

L. ACCIVS

Varias nominis Accivs Activs Attivs formas curiose enotare supersedebo.

ACHILLES

I

Qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis,
délica.

Non. 98, 6 'delica, explana, indica.' Idem 277, 28 'delica est aperi et explana ...'

aliae ex *ω p.* 98 ex alio *B p.* 277

Digitized by Google

II

Ne túm cum feruat péctus iracúndiae

Non. 504, 27 'feruat pro ferueat . . . Accius Acille . . .' (Achille Bamb.)

iracundia *ed.* 1526

III

. . . . an scéptra iam flaccént? ferat.

Non. 110, 12 'flaccet languet, deficit . . .'

flacent ψ fera *Quicherat, non male*

MYRMIDONES

Incerta coniectura statui eandem fabulam fuisse ACHILLEM et MYRMIDONES.

I

Tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,
Ego péruicaciam áio et ea me utí uolo:
Haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident.
Tu addís quod uitio est, démis quod laudí datur.
Nam péruicacem díci me esse et uíncere
Perfácile patior, pértinacem níl moror.

Non. 433, 1 'peruicacia et pertinacia hoc distant: peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia, pertinacia semper malarum.' Cf. Frontonis epist. IV 2: vide ad Ennii fr. inc. fab. LXI.

2 aio *Aldina* ai ω et ea *Fruterius* et a ω et hac *Scaliger* ea, *om.* et, *Lachmannus Versus* 3—6 *inverso ordine in libris feruntur hoc*: 5 6 3 4, *quem correxit Bothius* 5 dici *Scaliger* dicis ω me esse *fort. ex* meed *ortum*: *cf. ad v.* 36 *et* 53

II

Clássis trahere in sálum ⟨me⟩ et uela uéntorum animae
immíttere

Non. 234, 8 'anima, uentus . . . .' Contulit Hermannus Homeri Il. IX 358 sqq.

classis (classes *Jun.*) *Mercerus* lassis ω *septenarium discripsi*, *senarios* classes t. in s. | et u. u. a. i. *Scaliger et transposito* classes *initio v. alterius Grotius*: *cf. coroll.* XLIX

Digitized by Google

III

Mea fácta in acie oblíti . . . . .

Non. 502, 1 'accusatiuus pro genetiuo.'

facta *Mercerus* fata ω

IV

Quódsi, ut decuit, stáres mecum aut méus ⟨te⟩ maestarét dolor,
Iám diu inflammári Atridae náuis uidissént suas.

Non. 137, 33 'maestaret pro maerentem faceret.' (mestaret Bamb., ubi versus ipsi desunt ut plerumque in hac parte. mertaret Harl. W)

1 quodsi *Fruterius* quod sic ω: *in* sic *litteris* sei *latere potest* stares *Gifanius* histares *compuncta* h *L* istares φ te *Mercerus, om.* ω mertaret ω moeraret *ed. Mediol.* 2 Atridae *Mercerus* atre *H* et re φ

V

'Iram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam.

Non. 262, 15 'confidentia rursum temeritas, audacia ....' Cf. Homeri Il. IX 496. 255 sq.

infrenes *Junius* infrenis (infermis *L*) ω

VI

Tua honéstitudo Dánaos decepít diu.

Non. 120, 31 'honestitudo pro honestas. Accius Oenomao ... idem Myrmidonibus ...'

decepit *Delrio* decipit ω

VII

'Ego me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam.

Non. 396, 31 'sufferre est sustinere ....'

VIII

Régnum tibi permítti malunt? cérnant: tradam exércitus.

Non. 261, 24 'cernere rursum cedere' (succedere *x*) 'unde et cernere hereditatem filii patribus, id est cedere' (id

Digitized by Google

est succedere patribus *x*), 'dicti sunt.' Conferunt Homeri Il. IX 616.

malim *Iunius* cernant *Mercerus* cernam *ω*, *et legit ipse Nonius.* cernas *x. cf. mus. Rhen. L* 279 exercitum *Aldina*

IX

Nolo équidem: sed tu huic, quém scis quali in té siet
Fidélitate, ob fídam naturám uiri!
Ignósce.

Ex Menandri fabula cognomine quadrant haec (fr. 114 K.) *μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς* ad fr. II, quamquam id propius etiam accedit ad hunc ex Boeotia Menandri versum (III M. 90 K.): *πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ' ἐστὶν κακῶν*. (Cf. sent. Menandri Vrbin. O 6 ed. M.) Ceterum adulescens, qui cum meretrice rem habuerat (I IV: cf. V), honestum cum virgine quadam matrimonium inire cogitur (III).

I

Ergo édepol docta díco: quae muliér uolet
Sibí suum amicum esse índulgentem et diútinum,
Modice átque parce eius séruiat cupídines.

Nonius 342, 26 'modicum ueteres moderatum et cum modo' (ita Vat. 2916 'commodo' ceteri) 'dici uolunt . . .'

1 ergo *ψ*, *om. W*[1]: *cf. Plauti Capt.* 1017 *Pers.* 24 *et Terentii adelph.* 959 ego *Vatic.* 2916, *Acidalius in Curc. c.* 5 domo *Bergkius opusc.* I 395, ergo *ex* Demiurgo *perperam repetitum*, domo *autem propter* modo, *quod paulo ante legatur, omissum esse coniciens; sed* modo *istud supra in lemmate extat ante quinque exempla!* mulier quae *Grautoffius* 2 suum sibi: *de collocatione cf. coroll.* XXXIV suum amicum *Acidalius* summam (sumam *Vat.* summa *B G H L*[?]) amicam *ω*, suum amatorem *CFWMueller prosod. Plaut.* 269 diutinam *Vatic. De* diútinum *vocis mensura cf. Pacuv.* 181 3 seruiat cupidines *Vatic.*, *Acidalius* serui ad cupidines *φ* seruiat cupidini *Junius*

II

Quia nón minus res hóminem quam scutús tegit.

Nonius 226, 12 'scutum generis neutri. Masculini Turpilius Demiurgo: quia' e. q. s.

hominum *W*

III

. . quia enim odio ac sénio mi haec sunt núptiae.

Digitized by Google

Nonius 2, 32 'senium est taedium et odium . . . . .'

morbo *ante* odio *suppl. Onions* mihi *ω* haec sunt (*ut* c *erasa sit*) *Ba, om. W* hae sunt *φ* haece sunt nunc *x*

IV

Múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognouít sui.

Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . .'

meletrix *W*

V

Modo fórte

* * *

Ita mé destituit núdum

Cicero ad fam. IX 22 'non modo in comoediis res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo: modo forte, nosti canticum; meministi Roscium — ita me destituit nudum, totus est sermo uerbis tectus, re inpudentior; sed etiam in tragoediis' e. q. s.

VI

Iudícia litis, túrbas tricas, cóntiones máxumas

Nonius 8, 25 'tricae sunt inpedimenta et implicationes . . . .'

trichas H^1L maximas BaL^1

VII

Apértae surae, brácchia autem prócera horrorém mihi
Ex córde exsuscitábant.

Nonius 236, 16 'apertum, nudatum.'

VIII

Neque naútae cum essent círcumuenti uéntis, incerto ítinere
Porti índigentes

Nonius 491, 18 'porti pro portus.'

1 cum *om. P* circum uentis (*om.* uenti) H^1P

Digitized by Google

EPICLERVS

Initium Menandreae fabulae cognominis hoc (fr. 164 K.): *ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον. Ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται Λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον*, ita imitatus est Turpilius, ut servi Stephanionis persona inducta monologum mutaret in deverbium. Agitur autem in hac fabula hoc, ut orbam puellam, quam cognato nubere lex iubet, adulescens quidam ducere a parentibus cogatur. Nam eorum consilia continentur fr. IV et V, et cuius liberi memorantur fr. II Calliphonem puellae illius patrem fuisse suspicor.

I

ST. Quaeso édepol, quo ante lúcem te subitó rapis,
Ere, cum úno puero? PH. Néqueo esse intus, Stéphanio.
ST. Quid ita? Ph. Vt solent, me cúrae somno ségregant
Forásque noctis éxcitant siléntio.

Priscianus de metris com. p. 1326 P. 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia . . . idem in Epiclero: quaeso' e. q. s.

2 PH *quod in libris extat senis potius, e. c.* Philoxenus, *quam adulescentis nomen uidetur* 3 ST *addidi* a somno *Bue, sed cf. Accii v.* 511 4 fortisque *Par. A*

II

Ni Cálliphonis núnc te miseret líberum

Nonius 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . .'

ni *GP?* in φ callifonis ω miseret *Junius* miserae *HL* misere φ

III

Quam mátris nunc patrís me miseretúr magis.

Nonius 477, 14 'miseretur pro miseret.'

quam matris nunc patris *Aldina* quam (qua *H*) maris (matris H^1) tunc patris (ratris *Ba*) ω cum matris tum patris *Bothius* patris quam matris tum *Grautoffius. Pro illo librorum* tunc *olim* tui *vel* tuae *coniciebam* me *om.* $P^1 W^1$

Digitized by Google

IV

Quam légere te optimum ésset atque aequíssimum,
Quacum aétas degenda ét uiuendum essét tibi.

Nonius 332, 19 'legere etiam eligere dicitur . . .'

1 quin *ms. Fabri* quom *Gulielmius* te *om. ms. Fabri* esset *ms. Fabri* esse φ esse ait x 2 degenda et uiuendum esset *Canterus* uegenda et uibendum (iubendum *G H L* lubendum *B*) esse ω

V

. . . sperabám consilia nóstra diuidiaé tibi, 58/59
Cum aetás accesset, nón fore.

Nonius 96, 23 'diuidia est tedium . . . .'

Variis modis verborum ordinem mutaverunt

VI

Té quidem omniúm pater iam cópem causarúm facit.

Nonius 84, 21 'copi pro copioso . . .'

pater iam *Bothius* iam pater ω iam praetor *Bue* *An* té quidem optimarum iam pater *scribendum?* causarum *Bothius* causa rem ω casnarem copem *Onions*

VII

Set néqueo ferre hunc diútius ⟨sic uócif⟩erari et cónqueri,
Nec ésse suae parum óbsequellae . . . . . .

Nonius 215, 28 'obsequelam feminino . . . Turpilius etglero: set' e. q. s. (obsequentiam Neukirchius Epiclero Bentinus)

1 nequeo ferre *Canterus* neque offerre ω sic uociferari *scripsi* errari ω errare *Canterus* conuiciari *Bue* sic lamentari *vel* maerentem errare *vel* me sollicitare *conieceram* 2 parum] pretium *Onions* obsequellae H^2L^1 obsequelae φ obsequentiae *Neukirchius* *Sententiam sic circumscribimus: 'nec sui parum rationem haberi clamantem ferre possum'*

VIII

Patrócinantem ubi fáctum audierit saúcium

Digitized by Google

Nonius 398, 5 'saucii dicuntur proprie uulnerati, non mesti, sicuti uult consuetudo . . .'

patricinantem L^1 audierit *Stephanus* audiuerit ω saucium *Lipsius* (*cf. A. Koehler diss. Erlang.* I 452), *om.* GH^1 saucius φ

IX

At enim scies ea quaé fuisti néscius.

Nonius 501, 17 'nominatiuus pro genetiuo.'

ad enim *Ba* L^1: *de accentu cf. coroll.* XXXIV nescius *Grautoffius* inscius ω, *quod qui servare velit ei* iam scibis *scribendum*

X

Sét quis est qui ínterrumpít sermoném meum 'Obitu suo?

Nonius 357, 23 'obitus rursus aduentus . . .'

1 *Creticos discripsi quamvis minus elegantes* et quis est ω ecquis hic est *Bentleius ad Ter. hec. V* 4, 19 *septenario trochaico.* set quis hic est *Grautoffius* meum sermonem *idem* sét quis est qui ⟨hic⟩ i. meum sermonem o. s. *proposui*

XI

Séd uolo ut família nostra offícia fungatúr sua.

Nonius 497, 13 'accusatiuus positus pro ablatiuo ....'

sed uolo *HP*, *Bothius* sed uola φ sedulo *Gulielmius*

XII

Curréndum sic est, síc datur, nimium úbi sopori séruias Potiús quam domino, et úbi seuero império quae imperáta sunt

Priscianus de metris p. 1326 P. 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia . . . idem in Epiclero [I] idem in eadem tetrametris utitur: currendo' e. q. s.

1 currendum sic est *Bothius* currendo sic est ω, *nisi quod* ee *Leid. V exhibet Conl. Plauti Pseud.* 155 *et Trucul.* 634 (*vide symb. ad part. Lat.* 31) *conicias* currendumst. sic, em sic datur *e. q. s.* 2 etsi *Bothius; sed non est finita sententia:* negleguntur *vel simile quid supplendum* imperati *Parr. AR Leid. V*

Digitized by Google

XIII

Vinón inuitat plúsculum sese, út solet?

Nonius 321, 21 'inuitare significat repleri . . .'

uinon *Bergkius* non *ω* numne inuitauit *scribere volebam conl. v.* 132 *et Plauti Amph.* 283

HETAERA

I

Ducít me secum: póstquam ad aedem uénimus,
Venerátur deos, intérea aspexit uírginem
Ibi stántem, in capite ostrínam indutam rículam.

Nonius 539, 23 'rica est, quod nos sudarium dicimus . . . Turpilius Veliterna: ducit' e. q. s. (Cf. Titin. Velit. I) Idem 549, 10 'ostrinam ad ostri colorem, qui est subrubeus. Turpilius Hetera: interea' e. q. s.

2 aspexi *Scaliger* 3 ibi stantem *scripsi* instantem *ω p.* 539 iniectam *ω p.* 549 *quod* inlectam *interpretatur Bue* gestantem *Ald.* iniecta *Bothius* adstantem *Carrio* intrantem *Grautoffius* in capite ostrinam indutam riculam *Carrio* in capite riculam indutam (induta *Ba p.* 549) ostrinam (onstrinam *ω p.* 539) *ω utroque loco* in capite indutam ostrinam riculam *olim edidi*

II

Erus stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
Cor tórporauit hómini amore.

Nonius 182, 4 'torporauit pro torpefecit. Turpilius Heter: erus' e. q. s.

III

rús ad illas cónmigrat:
Habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

Nonius 526, 1 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus . . . Turpilius Filopatro . . . idem Hetera: rus' e. q. s.

Digitized by Google

IV

Rhodiénsist, sed istuc cónmigrauit iám diu.

Nonius 127, 11 'iamdiu pro olim.'

Rhodiensist *Carrio* Rhodiensis est *ω* stuc L^1

V

Nam quíd illoc homine uíuit confidéntius?

Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia ... Turpilius Leucadia ... idem Hetaera: nam' e. q. s. (nic Bothius. heteranam G^2H^2 in mg. heterrentius L heterentius G terentius ceteri libri)

quid, *ut scripsi*, $G^2 H^2$ *in mg.* qui in *G et del.* in *H* qui *LPW* illoc *scripsi ut Bergkius* illo *ω*

VI

Hortátur hominem, quám primum ⟨ut⟩ proficísceret.

Nonius 470, 34 'profisceret pro proficisceretur. Turpilius Hethera: hortatur' e. q. s. (ethera Ba)

ut *Bothius, om. ω* (*cf. O. Brugman p.* 32) ut quam primum *Pal.* proficeret *Ba*

VII

hic uílicor ante úrbem,

Nunc rús eo.

Nonius 186, 8 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse ... Turpilius Paraterusa ... idem Hetera: hic' e. q. s. (ethera H etera W)

1 hic *W* huic *φ* illic ante urbem uillicor, nunc *Bothius*

VIII

Simuláuit me a se amári quaesti grátia

Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus ... Turpilius Demiurgo ... idem Aethera: simulari' e. q. s. (Hetaera ed. 1526)

simulauit me a se *Junius* simulari me a se *ω* simulat me a sese *Carrio* simulauit ea se *Grautoffius*

Digitized by Google

IX

. . . . . meres, mérito ut diligáre

Nonius 468, 19 'meret pro meretur . . . Turpilius Filopatro . . . idem Hetera: meret' e. q. s.

meres *Junius* (*pyrrichice metiendum*) meret *ω* mere *vel* mereto *praeplacet Buechelero* *Sermonis exemplum praebet Terentius hec.* 580 *Nolui* meres, Merito *dirumpere versu ut olim feceram*

X

Haec si ínpetro abs te ut facias, ⟨sat⟩ satis frúcti cepero éx te.

Nonius 491, 7 'fructi uel fructuis pro fructus. Turpilius Caneforo . . . idem Hethera: haec' e. q. s. (aethera Ba)

facias *Rothius* faciet *W* faciat *φ* factites *Bue* haec si abs te ut faciat impetro *Havet*

XI

Satine út ⟨se⟩ meúm cor uolúptatibús dat?
Inmórtalitús se optulít mi haec facúltas.

Nonius 514, 27 'inmortalitus.'

1 se *Grautoffius*, *om. ω* 2 mi *Bothius* mihi *ω*

LEMNIAE

Cf. *Λημνία* Alexidis, *Λημνίαι* Antiphanis Diphili Nicocharis. Ita pro vulgato 'Lemnii' titulo inscripsit fabulam Grautoffius. Quoniam de 'redimendo' exule filio agitur, fortasse lembi, quorum fr. V mentio fit, item ut in Plauti Bacchidibus 280 sqq., piratici intellegendi sunt, qui rapuerunt Phaedriam. Fr. VI vel meretricis vel parasiti fuisse videtur.

I

Proptér peccatum paúsillum indigníssime
Patriá protelatum ésse saeuitiá patris.

Nonius 363, 14 'protelare etiam excludere. Turpilius Lemnis: propter' e. q. s. (lenis BG)

1 pausillum *B* pausillulum *ψ*

Digitized by Google

II

Habés potestatem. — 'Vbi potestatém? — Senis
Pretió contendas út redempto Phaédria
Liceát redire antíquam in consuetúdinem.

Nonius 259, 28 'contendere iterum significat extorquere .... Turpilius Lemonis: habet' e. q. s. (Lenonibus ms. Fabri. Lemniis Ald.)

1 habes *scripsi* habet ω ubi: *cf. Heinsius ad Ovidii her.* 4, 150 potestatem senis, *suprascr.* ubi potestatem, *H* 2 Phaedriae *Grautoffius* *De sententia cf. coroll.* XXXV

III

95 néque durare póssum:
Ita húius insciéntia ac deméntia extorrém facit.

Nonius 14, 30 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos ... Turpilius Lemniis: neque' e. q. s.

1 possum *Scaliger* possunt ω 2 insolentia *Maehly* ac *Bothius* atque ω

IV

Rémulis sensím celox ab óppido procésserat.

Nonius 533, 5 'celox est nauigium breue, dictum a celeritudine ... Turpilius Lemnis: remulis' e. q. s.

remulis Sensim *Bothius, quod verius, si* tacitis remulis *vel tale quid, ut suspicabatur Kiesslingius, coniunxit poeta: septenarium dedit Grautoffius* *Possint etiam inter duos versus distribui:* celox Ab o. p.

V

Lémbi redeuntés domum duae ad nóstram adcelerarúnt ratem.

Nonius 534, 7 'lembus, nauicula breuis piscatoria ... Turpilius Leucadia ... idem Lemnis: lembi' e. q. s.

duae (due *W*) ω: *cf. Priscianus p.* 658 *P.* duo *Junius* ad nostram *Grautoffius* ad nos certam (ceram *P*) ω (*cf. coroll.* XXXV) certatim ad nostram *Bothius senarios dimensus*

VI

Numquam únius me cómparaui séruire elegántiam.

Digitized by Google

Nonius 256, 21 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt .... Turpilius in Lemniis: numquam' e. q. s.

numquam me unius *AM(ontisp.): cf. Ritschelius opusc. II* 693 eligantiam *A M cf. v.* 39 elegantiae (*vel* elig.) *φ*

LEVCADIA

Λευκαδία Menandri. Hanc fabulam enarravi in annall. philoll. LXIX 34 sqq. orsus a Servii Dan. in Verg. Aen. III 279 loco hoc: 'Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucas est, dicit: quamuis Menander et Turpilius comici a Phaone Lesbio id templum conditum dicant. qui cum esset nauicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede transuehere, Venerem mutatam in anuis formam gratis transuexit: quapropter ab ea donatus unguenti alabastro cum se inde totum ungueret, feminas in sui amorem trahebat, in quis fuit una, quae de monte Leucate, cum potiri eius nequiret, abiecisse se dicitur: unde nunc auctorare se quotannis solent qui de eo monte iaciantur in pelagus.' (Leucas est scripsi, ut postea Hagenus leucasem Bern. anuis scripsi nauis Bern. anus Masvicius inde totum vel inde corpus et uultum conieci in dies inditum Bern. inlitum vid. in inditum latere.) Cf. praeterea Lucianus dial. mort. 9, 2 *μῶν καὶ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Χίου διεπόρθμευσας, εἶτά σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νέον εἶναι καὶ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς καὶ ἀξιέραστον*; et Aelianus v. h. XII 18. Finxit autem Turpilius adulescentem ab amata, quae navicularium deperit, desertum, Phaonem vero, quem olim omnes fugerant, iam ipsum fastidientem et puellae illius amores spernentem. Quae vel desperans vel iussa ab eo in mare se proicit, unde ab adulescente fortasse servata ad antiquam consuetudinem redit. Iam restat ut personis suis distribuantur reliquiae: adulescentis I, cum alio sermocinantis II III IV V (cf. Enn. Thyest. VIII) VII, amicam fortasse frustra mulcentis VI, puellae (Dorcii puta conl. XVI) de Phaone VIII, confabulantis cum eodem IX X, deinde propter litus, priusquam undis se committeret, oberrantis XI, adulescentis et amici XII XIII, eius qui luctantem expiscatus erat XIV, puellae frigore laborantis XV, adulescentis in gratiam cum amica redeuntis XVI. Denique nuptiae parantur fr. XVII

I

Quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet:
Ille insólens autem út fastidit cárnifex!

Digitized by Google

Nonius 322, 21 'insolens rursum non solens . . . Turpilius Demetrio . . . idem Leucadia: quem' e. q. s.

2 fastidit *Junius* fastidia ω

II

Víden tu Phrugis incéssum? quam est confídens! di istunc pérduint.

Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia . . . Turpilius Leucadia: uidentur' e. q. s.

Iambicum septenarium olim dederam, nunc CFWMuellerum secutus trochaicum notavi. uiden tu Frygis *Lipsius, qui* Frygis *recte genetivum esse voluit.* uidentur (uidetur GH^1) frigus ω

III

. . . . . uíden ut fastidít mei?

Nonius 496, 18 'genetiuus casus positus pro accusatiuo . . . .'

uiden ut *Fr. Dousa* uide nunc ω

IV

Ei périi! uiden ut ósculatur cáriem? num hilum illa haéc pudet?

Nonius 21, 25 'caries est uetustas uel putrilago . . .'

perii *Gulielmius* peri ω num] non, *suprascr.* ũ, *H* num illum illa haec pudet *W* num illum illaec pudet φ, *probavit Bue mus. Rhen.* 18, 392 num illum illaec? pudet *Lachmannus ad Lucil.* 236 num hilum illaec pudet *x mus. Rhen.* 23, 697, *fort. recte*

V

105 . . . . . sed quam lónge est? eccum isti ílico.

Nonius 325, 3 'ilico, illo. Turpilius Leucadia: sed . . . cum isti. Ilico, in eo loco.'

Nescio an post est *persona mutanda sit* eccum isti ilico *scripsi* cum isti (est L^1) ω (*v. supra*) istim ilico *Bothius* isti ilico *Grautoffius cf. coroll.* XXXVI

Digitized by Google

VI

. . . . . ne me áttigas! apage aúfer
Manum. — Heía quam ferócula est!

Nonius 75, 30 'attigat, continget.'

1 ne me] nonne *W* attigas *Junius* attigat FH^1L^2 atiga L^1 attiga φ apage *conieci coroll.* XXXVI atque ω *Personas distinxit Bothius* *Fortasse* feroculust *verum fuit Senarii tales* ne me áttigas. ‖ Atqui aúfero manum. heía quam ferócula es *Buechelero placent*

VII

. . . . arrípuit colubram mórdicus.

Nonius 201, 25 'colubra feminini . . .' (Turpidius m. 1 F H L)

VIII

Intércapedine ínterficior, désiderio différor:
Tu es míhi cupiditas, suáuitudo et méi animi expectátio. 110

Nonius 173, 5 'suauitudo pro suauitas . . .'

2 tu es mihi *scripsi* tua mihi ω tu mea *Grautoffius* tuo mi (*pro* mea) *Bergkius opusc.* I 395 *continuata post v.* 109 *oratione*

IX

Iam égo istam tibi tristítiam exorbebo . . . . . .

Nonius 102, 32 'exorbebo pro exorbeam. Plautus . . . exorbebo sanguinem. (exsugebo codd. et Non. p. 479, 20) Turpilius Leucadia: iam' e. q. s.

X

Véritus sum, ne amóris causa cum ílla limassés caput.

Nonius 334, 11 'limare etiam dicitur coniungere . . . . .'

uerita *conieci* limasses *ed. a.* 1476; *cf. coroll.* XXXVII limasset *Bern. A B M* limassit GH^1 limassis (massis *W*) φ

XI

míseram terrent me ómnia:
Maris scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllonis.

Digitized by Google

Nonius 174, 2 'sanctitudo pro sanctitas . . . .'

1 me miseram terrent *Grautoffius, fort. recte* 2 scopoli F^1 apollonis HL^1 apollinis φ

XII

. . . . . sí quidem sit quisquám deus,
Cuii égo sim curae
* * *
Heu me ínfelicem! — Sánusne es, qui témere lamentáre?
* * *
Te, Apóllo sancte, fér opem, teque, omnípotens Neptune, ínuoco,
Vosque ádeo, uenti! 5
. . . . . nam quíd ego te appellém, Venus?

Cicero Tusc. disp. IV 34, 72 'sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est: si quidem . . . curae. At id erat deis omnibus curandum, quem admodum hic frueretur uoluptate amatoria. Heu me infelicem! Nihil uerius. Probe et ille: sanusne . . . lamentare? Hic insanus uidetur etiam suis. At quas tragoedias efficit! te Apollo . . . uenti! Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat, Venerem unam excludit ut iniquam: nam quid . . . Venus? Eam prae lubidine negat curare quicquam. Quasi uero ipse non propter lubidinem tanta flagitia et faciat et dicat.'

1 quidemst *Vsenerus* 2 cuii *scripsi: cf. Caecilius v.* 261 cui *ω, quo seruato trochaeos olim notabam* 4 te] et *Reg. Gud. Brux.* tequea *Reg. Gud. Brux. m.* 1 teque o *idem m.* 2 amnipotens *Woelfflinus per epist.* *Post* 6 *talia fere ex Ciceronis verbis elicias:* quae praéter te nil quícquam omnino cúras prae libídine

XIII

. . . . tumúltu uecordí uagas

Nonius 467, 27 'uagas pro uagaris . . . Accius Bacchis . . . percitatae tumultu. uecordi uagas insania. Turpilius Leucadia: uultu uecordi uagas insania.' Cf. ad Acci v. 236 adnotata.

tumultu: *v. supra* uultu *olim seruabam*

Digitized by Google

XIV

. . hortari coépi nostros ílico,
Vt célerent lembum.

Nonius 534, 4 'lembus, nauicula breuis piscatoria . . .'

1 coepi nostros *Bothius* nostros coepi *ω* 2 ceperent A^1 celarent P cederent χ hortári nostros ilico coepi, ut celerarent (*vel* accelerarent) l. *x*

XV

⟨'O⟩ utinam nunc ápud ignem aliquem mágnum ad-
sidam! . . . 125

Nonius 522, 26 'cum apud iuxta significet . . .'

XVI

'Ante facta ignósco: mitte trístitatem, Dórcium.

Nonius 182, 1 'tristitas' (tristitias libri, correxit Scaliger) 'pro tristitia Pacuuius Atalanta [XI] Turpilius Leucadia: ante facta' e. q. s.

ignosco, mitte *Grautoffius* igne committo *ω* igni committo *Bothius* tristitatem *Guietus* tristitia (tristia *H*) an te *ω* tristitiam hance *Grautoffius* dortium *L*

XVII

Etiam ámplius illam ápparare cóndecet,
Quandó quidem uoti cóndemnata est . . .

Nonius 277, 8 'damnare et condemnare pro liberare positum est . . . .'

1 etiam amplius *scripsi* (*cf. Pompon.* 54 *coroll.* XXXVII) etiam plus *Palat.*, *quibus olim ad supplendum versus initium* immo *praemiseram.* et amplius *φ* et iam plus illanc *Bue* apparere *ω praeter Palat.* 2 *An* quando equidem *ut* 158? (*cf. de part. lat. p.* 41)

XVIII

hoc quaero, ignóscere
Istíc solentne eás minoris nóxias, 130
Erúm si forte, quási alias, uiní tago?

Digitized by Google

Nonius 408, 29 'tangere etiam circumuenire. Turpilius Demetrio . . . idem Leucadia: hoc quaero' e. q. s.

†istic
2 ista *Ba* eas] as ω has *Mercerus* meas *coni. Kiessslingius* 3 quasi alias (alas *P*) res ω: res *ut glossema eieci, sed poeta fortasse nil aliud quam* galeola *scripserat.* quas galiolas *Cuiacius* qua amphora *Bue mus. Rhen.* 29, 198 qua fiala *Quicherat* cum agitat (agit *Ed. Becker*) alias res *Grautoffius* quasi alias, *sc. non nunc, ludibunde* tago *Cuiacius* cauo ω

XIX

. ínuitauit plúsculum hic se in prándio.

Nonius 321, 22 'inuitare significat repleri . . . Turpilius Epiclero . . . idem Leucadia: inuitauit' e. q. s.

Fort. an *praemittendum* inuitauit uiri (uir *P*) *BGH*[1] *P. Num* inuitauit uini *primo septenarii pede deficiente?* inuitauit heri *Rothius, quae ut versui accommodarentur, transponenda erant.* uino inuitauit *Bergkius opusc.* I 388, *tamen ut* uini *non plane repudiaret.* inuitauere *x* hic (*quod pro nom. plur. haberi iubet x*) . . prandio *om. B* sese ω hic inuitauit plusculum se *Bothius: transponi etiam sic* sese inu. pl. hic in prandio *poterat*

LINDIA

Ad primam scaenam pertinere videntur I. II. IV, lenonem audio in V. VI, patrem VIII. IX, adulescentem VII, servum X.

I

abhinc triénnium
Sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
Lenó.

Nonius 397, 30 'sacrum etiam scelestum et detestabile, ita et consecratum . . . Turpilius Demetrio . . . idem India: abhinc' e. q. s.

2 sacerrumus *Bothius, fort. recte* hoc, *i. e.* huc (*cf. Servius Aen. VIII* 423) ω huc *Turnebus*

II

Consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
Nostrúm, processe nóbis ex senténtia
Mercáturam.

Digitized by Google

Nonius 212, 35 'mercatura feminini . . . .'

1 cepi *edd.* coepi *ω* 2 nostram *Grautoffius* processe *Gifanius* prodesse (prodeesse L^1) *ω* nebis F^1 *L*

III

Nauta

Di s⟨éro⟩ aduenién̄tem perdánt: hic quidém
Nos pérdit. festum ésse hice quártum diém
Hodie íterant: ita conuéntum.

Priscianus de metris com. CGL III 426 K. 'Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur . . . ut in Andria: adhúc, Archylís, quae adsolént quaeque opórtet' e. q. s. 'Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est . . . . Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem: di' e. q. s.

1—3 *baccheos cum clausula iambica constitui, quales in ceteris exemplis a Prisciano laudatis leguntur.* 1 di sero *scripsi* diis *Regin. Parr. AR Leid. V* dis *Vrbinas* dii *vulgo* aduentantem *fortasse melius* hic *edd.* hi *Regin. Parr. AR Leid. V* si *Keilius* 2 perdidit *edd.* esse] *an* ecce? hice (*an* hunce?) quartum diem *scripsi* diem hic quartum *ω* 4 ita *om. Regin.* *Anapaesti* di aduénientem p. h. q. Nos pérdidit. hic festum ésse diem Quartum hódie iterant: ita cónuentumst *Grautoffio aliquando placuerant: ipse olim in eisdem numeris, qui facile in aures cadunt, elaboravi.*

IV

Profécto ut quisque mínimo contentús fuit,
Ita fórtunatam uítam uixit máxime,
Vt philosophi aiunt ísti, quibus quiduís sat est.

Priscianus l. l. 425 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis', (scil. in prologis et primis scaenis trimetris utitur iambicis) 'ut in Lindia: profecto' e. q. s.

V

Compérce uerbis uélitare: ad rém redi.

Nonius 3, 10 'uelitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congressione uelitum . . . .'

comparce FH^1 dedi *Ba*

Digitized by Google

VI

Me uís potiri: fác ego potiar quód uolo.

Nonius 482, 5 'sic potior illam rem pro illa re potior — — — Turpilius Lindia: me' e. q. s.

meam *Dziatzko mus. Rhen.* 31, 379 potiar *edd.* potior *ω* quodquod H^1

VII

Miseró mihi mitigábat sandalió caput.

Nonius 343, 15 'mitis est maturus . . . Turpilius India: misero' e. q. s. (Lindia Nic. Loënsis I 9) cf. Ter. eun. 1028.

mitigauit *Palat.*

VIII

Quin móneam, quin clamem ét querar tua uítia, quae te uílitant.

Nonius 185, 30 'uilitant, uilem faciunt.'

IX

Quíbus rem rebus déspoliasti, foéde dum in lustrís lates.

Nonius 333, 14 'lustra etiam lupanaria dicuntur . . .' (lympidia W^1 lymdia W^2)

rem *om. Palat.* senem *Aldina* rebus *om. B G* dispoliasti *G H L W* dispoliare *Palat. cf. coroll.* XXXVII *sq.* foede dum *Mercerus* dum *Palat.* fedum H^2 foedum *φ* lates *Gebhardus Antiq. lect. p.* 52 latet *ω*

X

ego ínterim in turbá foras
Subdúxi cum hac me, néque sat numero míhi uidebar cúrrere.

Nonius 352, 21 'numero significat cito . . . Turpilius Demetrio . . . idem Lyndia: ego' e. q. s. Idem 399, 19 'subducere est surripere. Turpilius Lyndia: ego . . . cum hac me.'

2 neque sat *B G H* neques ad *φ* uidebar *ed. Bas.* uidebat *ω*

Digitized by Google

PAEDIVM

Cf. *Παιδίον* Menandri Apollodori Posidippi. Inducebantur adulescentes duo, quorum alter longo itinere (advenientem parasitus salutat fr. I) reversus puellam optimam (IV. V) olim a se amatam (VI. VII), quacum iam nuptiae ei constitutae fuerant, fastidit (IX. X), alter meretrici cuidam mancipatus est (VIII. IX). Crudelitas illius fr. XI, puellae autem mansuetudo et sibi diffidens modestia fr. V tangitur. Fr. IX consilium memoratur rei ita componendae, ut meretricis amicus alterius vice puellam repudiatam ducat in matrimonium.

I

Cuius áduentu insula hódie clarét Cypros.

Nonius 85, 21 'claret, clara est' ('sit' x) 'uel clareat.'

hodie *ω*: *mensuram defendi coroll.* XXXVIII hocedie *Bergkius opusc.* I 112 da claret *x* conclaret *proposueram*

II

Ego praéstolabo illi óscitans ante óstium?

Nonius 475, 30 'prestolat pro prestolatur.'

illi oscitans ante ostium *Bothius* (*interrogandi signum addidi*) lico cicant optitū *Ba*[1] illi ut citanti opi sim *ms. Fabri* illi eo citante opitium (opicium H^1 *P*) *φ*

III

. . . . . progrediór foras
Visére quid hic tumúlti

Nonius 489, 30 'tumulti . . .'

1 praegredior L^1 2 hic *Bothius* hi L^1 hinc *HW* in *Ba* L^2 *P* tumulti ante fores *ω*, *nisi quod* an *pro* ante *W: eieci glossema*

IV

iam désine 155
Meminísse illius fórmam.

Nonius 500, 6 'accusatiuus pro genetiuo . . . .'

1 *sq. trochaeos statuit Grautoffius: cf. Ritschelius opusc. II* 688

Digitized by Google

V

Neque mírum: educta, ut pár est, expars málitiis, metuéns sui

Nonius 500, 22 'ablatiuus pro genetiuo ...' Idem 501, 5 'genetiuus pro datiuo ...'

uirum *ω p.* 500 expars *Ba H*^{1} *L p.* 501 expers *H*^{2} *W p.* 501 expartem *Ba L*^{1} *W p.* 500 expertem *H L*^{2} *P p.* 500 miliciis *Ba p.* 501 alicuius *ω p.* 500 metuens sui *om. ω p.* 500 metuens uiri *Mercerus*

VI

Quando équidem amorem intércapedine ípse leniuít dies.

Nonius 522, 4 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus. Turpilius Pedio: quando ... dies; id est, ipsum tempus.'

equidem *H*^{2} *W* (*vide de particulis latinis p.* 41) et quidem *Ba H*^{1} *L P* quidem *Fruterius* lenibit *Gebhardus*

VII

Tamen óculi ex longa intércapedine ádpetunt cupide íntui.

Nonius 470, 29 'intui et contui pro intueri.'

oculi ex *scripsi* oculis *ω*, *quod pro nom. pluralis forma haberi posse monui.* oculi *Gulielmius* cupida *L*^{1}

VIII

160 quaéso omitte ac désere hanc
Meretrícem, quae te sémel ut nacta est, sémper studuit pérdere
Detégere despoliáre opplereque ádeo fama ac flágitis.

Nonius 305, 33 'fama est rursus infamia ....'

1 ac desere *Vrbin.*, *Acidalius* hac deserite *φ* 2 te semel ut nacta est *Bothius* te semel inacta (nacta *H*) est *ω* semel te nacta *Acidalius* 3 deterere *Bothius* fame *G*^{1} *L*^{1} flagitis *Bothius* flagitiis *ω* famae ac flagiti *C F W Mueller: cf. coroll.* XXXIX, *Leo Pl. F.* 327

Digitized by Google

IX

Vt ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis.

Nonius 40, 7 'supersedere, manere, perseuerare, quasi in uoluntate et consilio sidere. Turpilius Pedio: ut' e. q. s. 'Plautus Epidico: supersede istis rebus iam . . . Sisenna . . . proloqui supersederunt.' Vana docere Nonium monuit Grautoffius.

hac] ac *H*

X

Núptias abiéci, amicos útor primorís uiros.

Nonius 497, 15 'accusatiuus positus pro ablatiuo . . . Turpilius Epiclero . . . idem Pedio: nuptias' e. q. s.

primoris] *cf. Lachmannus in Lucr.* 57

XI

Quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quíd-
quam facere humánitus. 165

Nonius 514, 15 'humaniter.' (immo humanitus, ut ed. princ.) 'Turpilius Pedio: quare' e. q. s. 'Cassius Hemina . . . humanitus' ('humanit' Bamb.) 'aguntur. Afranius . . . ferre humana humanitus.'

dicas L^1 dica *P* humanitus *Ba* humaniter φ

XII

. . . . . age tu hymenaeum íncrepa!

Nonius 255, 23 'crepare iterum incantare.'

tu *om.* *BG* H^1 *P* increpe H^1

PARATERVSA

Speculatricem audire videmur fr. IV et V.

I

Cum antehác uidebam stáre tristis, túrbido
Vultú, subductis cúm superciliís senes

Nonius 399, 28 'subducere etiam susum ducere, leuare.' (paratelusa Gen. Harl.[1] Leid.[1])

Digitized by Google

II

Meritíssimo te mágni facio.

Nonius 189, 17 'meritissimo.'

merettissimo *Leid.* 116 magni ficio FH^1L

III

170 Ego nóndum etiam hice uílicabar, Phaédria.

Nonius 186, 4 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse . . . .'

hice *x et Bergkius* huic EFH^1L hic H^2W nondum hic etiam *Bothius* étiam nondum *Grautoffius*

IV

Eho díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes

Ad amícam, sumpti lárgitatem?

Nonius 132, 15 'largitas pro largitione. Turpilius Parateruse: o dic' e. q. s.

1 eho *Junius* o *post* Parateruse ω

V

Dum égo conixi sómno, hic sibi prospéxit uigilans uírginem.

Priscianus p. 866 P. 'coniueo, quod etiam coniuo secundum tertiam protulerunt ueteres, praeteritum tam in ui quam in xi habuit . . . Turpilius uero in Paraterusa: dum' e. q. s.

VI

Cáput offendi ad límen edepol . . . . . .

Nonius 358, 23 'offendere est percutere.'

caput ut H^2LW ad limen edepol *scripsi* adimere pol ω ad limen pol *Pius*

PHILOPATOR

Cf. *Φιλοπάτωρ* Antiphanis et Posidippi. Obsequentem parentum imperiis audis fr. IV. Praeterea puellae gravidae (III), quae fortunas suas cum matre lamentatur (II), et meretricis

Digitized by Google

procacis (VI) et adulescentis luxuriosi (VII) personae internoscuntur. Epistula amissa et ab alio clam sublata (XII. XIII) facile fieri potuit ut magni in res vel intricandas vel expediendas momenti esset.

I

miserúm puto,

Si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

Nonius 1, 25 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... Turpilius Filopatro: miserum' e. q. s. (Filopatro libri ubique, ut olim persuaserim mihi hybridam Philopater formam a poeta admissam fuisse)

II

. . . . geme meás fortunas, máter. — Hem!
Qua caúsa huc opere máxumo conténditur?

Nonius 260, 8 'contendit proripuit uel direxit significat...'

1 geme meas *Mercerus* gemmeas *ω* *Personas distinxi*

III

Dispérii misera: ⟨ut⟩ úterum cruciatúr mihi!

Nonius 229, 32 'uterus ... neutro ...'

disperii *edd.* diisperi *ω* ut *Grautoffius*, *om. ω*

IV

Certum ác deliberátum est me illis óbsequi.

Nonius 282, 10 'deliberatum, complacitum uel definitum.' Idem 429, 21 'cogitare est dubitare, deliberare confirmare. Turpilius Boethuntibus: quaeso cogita ac delibera. idem Filopatro: certum ac' e. q. s. ('delibera ... certum ac' om. Bamb.)

V

Locus ípse inuitat hércle hic Veneris . . .

Nonius 321, 14 'inuitari est delectari ... Turpilius Thrasyleone ... idem Filopatro: locus' e. q. s.

locus *BL* lucus *φ*

VI

Ecce aútem, mihi uidére tuo more, út soles,

Digitized by Google

Aegre íd pati, quia hós dies conplúsculos
Intércapedo súmpti faciundí fuit.

Nonius 484, 27 'sumpti pro sumptus . . .' Idem 525, 31 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint . . .'

1 mihi uidere tuo more ut soles *Bothius* tuo (tuu *p.* 484) more ut (uti *p.* 484) soles uidere mihi *ω*, *quae mutato* mihi in mi *seruanda esse censet Bue eademque edidit Quicherat: cf. coroll.* XXXIX ut soles, aegre id pati Videre mihi *x* 2 id *om. ω p.* 525 hoc *ω p.* 484 cũplusculos *Ba p.* 484 3 faciendi *Ba p.* 484

VII

185 forte eó die
Meretrícis ad me délenificae ut 'Atticae conuénerant
Condíxerantque cénam apud me, Tháis atque Erótium,
Antíphila, ⟨Lais,⟩ Pýthias: ego éxtra cubui dóminia.

Nonius 281, 26 'dominus rursum appellatur conuiuii exhibitor, unde et dominia conuiuia . . .'

2 meretricis *nominativi plur. formam mutare nolui* delenificae *Junius* delenitate *ω*, *nisi quod* delinitate *GH* delicatae *Bothius* ut Atticae *Grautoffius* Atticae ut *ω* definito ante Atticae *Bue* 2 *sq.* conuenerant condixerantque *Junius* conuenerat (cum u. H^2LW) quo (quod H^2L) dixerant quae *ω* 3 Tais *ω* 4 extra *GH*^{1} dextra accubui *Lipsius* dominia *testatur Nonius* domina *ω*

VIII

. . . . . míra lenitúdine
190 Ac suáuitate abúndat.

Nonius 132, 1 'lenitudine pro lenitate.'

IX

. . cum te sáluom uideo, ut nólui, gliscor gaúdio.

Nonius 22, 13 'gliscit est congelascit et colligitur uel crescit uel ignescit.'

X

'Vtinam possim tíbi referre grátiam, ut de mé meres!

Digitized by Google

Nonius 468, 17 'meret pro meretur . . .'

possim *edd.* possint *ω* gratiam *Bothius, commendat P. Langen Beitr.* 12 gratias (*sed* s *in ras. Leid.* 116) *ω* gratis *x* gratias ut demeres *scripseram*

XI

Deínde cum ad te rédierit res ólim post mortém patris

Nonius 358, 4 'olim temporis futuri . . .'

post] preter *B* propter *P*

XII

Simul círcumspectat: úbi praeter se néminem
Videt ésse, tollit aúfert: ego clam cónsequor. 195

Nonius 422, 19 'inter tollere et auferre est diuersitas: tollere est leuare et erigere, auferre leuatum transferre . . .'

2 tulit H^1L

XIII

Me míseram! quid agam? intér uias epístula excidít mihi:
Infélix inter túniculam ac strófium conlocáueram.

Nonius 538, 8 'strofium est fascia breuis, quae uirginalem horrorem cohibet papillarum.'

1 uias *genetivum interpretatur Bue lat. decl. p.* 32 2 mi *inserendo hiatum sustuleram* ac] a *Ba* conlocaueram, *ut scripseram*, *GP* conlocaram *Ba* L^1 collocaram HL^2 quam collocaueram *Junius Septenarios cum Buechelero efficias* mi *et* conlocaram *scribendo: prob. Luchs stud.* I 73

THRASYLEON

Θρασυλέων Menandri? Formae nominis in libris praeterea Trasuleon Trasileon Trasoeleon indicantur.

I

di me díuitant.

Nonius 95, 10 'diuitant pro diuites faciunt . . . Turpilius Transilione: di m. d.'

deuitant *EFH*^{1}*L*

Digitized by Google

II

Nemo úmquam uidit ébrium ire intér diu
Neque túrbam facere néque fores exúrere.

Nonius 524, 27 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam . . .'

2 fecere *L* uxurare W^1

III

Corónam mensam tálos uinum, haec huíus modi,
Quibus rébus uita amántum inuitarí solet.

Nonius 321, 11 'inuitari est delectari. Virg. Georg. lib. I: inuitat genialis hiems . . . Turpilius Trasyleonem: horonam' e. q. s. 'idem Filopatro [V]'

1 coronam *Mercerus* horonam *ω*: choronam *aliquando scriptum fuit* uinum *Lipsius* uinus in *ω* 2 uita amantum inuitari solet *Lipsius* uitam amattum inuitari solem *ω*

IV

Dat últro ac munerátur quod ab illo ábstulit.

Nonius 477, 18 'muneratur pro munerat' (sic Bamb. 'munerat pro muneratur' ceteri).

muneratur *Bothius* munerat *ω* al *W*

V

Vidére cupio uóstrum mercimónium.

Nonius 213, 9 'mercimonium neutri . . .' (trasuleone Vrbin. 308)

nostrum *L* uestrum *φ*

VI

Non ést mediocris rés, neque ⟨est⟩ uulgária
Fallácia haec.

Nonius 488, 26 'uulgariam pro uulgarem . . .' (transyleonẽ Bamb.)

1 res *del. x* haec res *prob. Studemundus* 2 haec fallacia *Bothius trochaeos numerans*

Digitized by Google

VII

'Age age egredere, atque ístuc utinam pérpetuum
itiner sít tibi!

Nonius 482, 29 'itiner dictum pro iter ....' (transeleoonea Ba traseoleone L^1)

istuc utinam *Bothius* utinam istuc ω, *quod olim ut servarem initium versus mutilum statueram.* istuc perpetuum itiner sit utinam *Havet*

VIII

Nóbilitate, fáctione frétus interdícere

Nonius 304, 26 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem .....'

nobilitate factione *om.* BGH^1 nobilitate *Junius* nouilitate ω . interducere *B*

IX

. . cum interea níl quicquam a me est praémi neque
fructús tuae
Benígnitati atque óbsequellae. 210

Nonius 215, 30 'obsequium neutro genere ... obsequella feminino' (obsequentia Bothius) ... Turpilius Epiclero ... idem Thrasileone: cum' e. q. s.

1 nihil ω praemii ω fructus *scripsi* erat ω 2 benignitati *x* benignitatis ω, *def. Leo Pl. F.* 286 obsequentiae *Bothius Septenarios iambicos* praémi Neque erát, tuae *e. q. s. commendat Bue, fort. recte*

X

Hoc te óro, ut illius cónmiserescas míserulae orbitúdinis.

Nonius 146, 18 'orbitudinis pro orbitate ...'

utilius F^1L miserulae, *quod olim proposueram, non inprobavit Ritschelius opusc. II* 688 miserae ω: *hiatum tolerat Leo l. l.* 327 ut illius miserae commiserescas *Grautoffius* ut miserae illius commiserescas *Bothius* illius c. ut miserae *Havet*

XI

Cesso óccupare et me ín colloquium cónferre horum? ...

Nonius 355, 13 'occupare est proprie praeuenire ...'

ferre *B L* iam conferre *olim scripseram* .

Digitized by Google

EX INCERTIS FABVLIS

I

Sóla res quae hominés absentes ⟨nóbis⟩ praesentés facit.

Hieronymus epist. 42 (I p. 94 a ed. Amst.) 'Turpilius comicus tractans de uicissitudine literarum sola, inquit, res est quae homines absentes praesentes facit. Nec falsam dedit quamquam in re non uera sententiam. Quid enim est, ut ita dicam, tam praesens inter absentes quam per epistolas et alloqui et audire quos diligas?' Cf. Philemonis ex Apolide versus: *οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν Ἀὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον, Οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἷς πάλιν 'Επιλήσεθ' ἡμῶν μηδέν, ἐμβλέψας δέ που Τὰπ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἶσεν', ἀλλὰ καὶ Ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.* Nam de epistula apud utrumque sermo est.

In constituendo versu Kiesslingium secutus sum: sola res est quae praesentes h. absentes facit *Grautoffius*

II

. . . quasi cum uéntus fert nauem ín mare
Secúndus, si quis própedem misít suis
Velís ministrum.

Isidorus Orig. XIX, 4 'propes funis, quo pes ueli alligatur, quasi prope pedes. de quo Turpilius: quasi . . . ministrum.'

1 con *German. uterque* uentis *Germ.* 806 uentis *Wolfenb. Monac. Germ.* 805 fert] est *ed. pr. altera* nauim *Par.* mari *Monac.* 2 secundis *Paris. Gu. a* sedens *Zitt.* propedon *Wolfenb. Monac. German. uterque* suis uelis ministrum *conieci* si ueli ministrum *Zitt.* si ueli (uelis *Germ. uterque*) sinistrum *Wolfenb. Monac. Germann. Audacius in haec consuluit Grautoffius, qui hos senarios temptavit:* quasi cúm secundus uentus fert nauim in mare Si quís sinistrum misit ueli propedem

III

glabrum tapete

Nonius 229, 5 'tapete generis neutri. Turpilius et Caecilius: g. t.' Idem 542, 18 'tapete, tegmen unite pictum de coloribus uariis . . .' Cf. Festus p. 351 M. (Demetr. XVII)

Digitized by Google

IV

. . . . . léctus ⟨somno móllior⟩

Servius Danielis in Verg. ecl. VII 45 'somno mollior; turpilius lectus.' (Extant in cod. Lemovicensi Danielis.)

VATRONIVS

BVRRA

Placidus gloss. CGl. V 8. 50 G. — 'Burrae Vatroniae, fatuae ac stupidae, a fabula quadam Vatroni auctoris, quam Burra inscripsit, uel a meretrice Burra.'

Burram Bue mus. Rhen. 33, 309 sq. interpretatur *Πόρραν*, quo nomine Diphili fabula nota est.

INCERTORVM POETARVM

ADELPH . . .

Festus p. 317 M. '[Sep]lasi aut Se[plasium — — . . . . . in Adelph . . . . . feri Anti . . . . . tum sit q . . . . . unde unḡ . . . . . est.'

HYDRIA. GEORGOS

Quintilianus XI 3, 91 'cum mihi comoedi quoque pessime facere uideantur, quod etiam si iuuenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effeminata uoce pronuntiant.'

Τδρία et *Γεωργός* fabulae Menandri, *Τδρία* etiam Antiphanis.

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

De huius delectus instituto ac ratione dixi in coroll. p. XLII sqq.

Digitized by Google

I

'Tibi ego, 'Antipho, has sero' ínquit: seniumst, cum aúdio.

Cicero de orat. II 59, 242 'in re est item ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet . . . ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: tibi . . . audio.' (inquit poetae reddidit Bergkius opusc. I 218 coniunxitque hunc locum cum Caecil. Syneph. II: immo vide supra ex Hydriae prologo adlata.)

has *om. Erlang. b* senium . . audio *fuerunt qui a Ciceronis interlocutore addi statuerent*

II

Athénis Megaram uésperi aduenít Simo;
Vbi aduénit Megaram, insídias fecit uírgini;
Insídias postquam fécit, uim in loco áttulit.

Rhet. ad Herenn. I 9, 14 'ne bis aut saepius idem dicamus cauendum est; etiam ne quid nouissime quod diximus deinceps dicamus, hoc modo: Athenis' e. q. s.

1 mecarum *M*(*utili*), *item v.* 2 2 fecit insidias *Bamb.* uirginis *Herbip.*

III

In Vénere sapere dídicit ni mirúm Solon,
Qui lége cauit, uítia uti transcénderent
Auctóris poenae: núlla poena acérbior
Excógitari pótuit uxoris malis.

Charisius p. 246 P. 'aliis ita placuit definire per hyperbolen: in . . . malis. Quod etiam in schemate dianoeas inuenies de hyperbole.' Hunc locum omissum in excerptis Leid. uncis inclusit Keilius. Idem p. 253 P. 'per hyperbolen, hoc est: in . . . malis.' Cf. Caecilii Plocium et Philemonis fr. 4.

1 Venere *scripsi* uentre *cod. p.* 253 uentrem *cod. p.* 246 didicit sapere *cod. p.* 246 2 cauit ut uitia *cod. p.* 246 cauit *in versu extremo omissis ceteris cod. p.* 253 3 auctores (i *suprascr.*) *cod. p.* 246 a *in versu extremo nec quidquam praeterea legitur p.* 253 poena nulla *edd.*

Digitized by Google

IV

Nam quíd modi factúrust risu dénique?
Nisi píctor fieri uúlt, qui risu mórtuust. 10

Festus p. 209 'pictor Zeuxis risu emortuus, dum ridet effuse pictam a se anum γραῦν. cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significatu uerborum scribere propositum habuerit, equidem non uideo, cum uersiculos quoque ea de re rettulerit et ineptos satis et nullius auctoris' ('praetoris' cod., corr. Augustinus) 'praetexto nomine, qui tamen sunt hi: nam' e. q. s. Fortasse de anu in matrimonium ducenda agitur.

1 facturus *cod.* risu] *an* ista? *cf. coroll.* XL 2 mortuus est *cod.*

V

Quínque Thasii uíni depromam ⟨ámphoras⟩, binás Falerni.

Plinius nat. hist. XIV 14, 16 'sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt et ad auos usque nostros, quin et Falerno iam reperto, sicut adparet ex illo comico uersu: quinque' e. q. s. (comici Par. E) Ad Sullana tempora versum a Plinio referri monuit Lachmannus in Lucr. 327.

quina *coni. Mayhoff* binas *scripsi* bina *Hard.* uina *Vatic. D*[2] uini *φ* quin Thásii uini déna promam, bína Falerni dólia *dubitanter Lachmannus hexametrum I. Beckeri quasi Lucilianum* quinque Thasi uini depromam, bina Falerni *repudians.* uín Thasii uiní depromam, uín Falerni? . . . *Bue*

VI

. . qualem démens iste chlámydem disperdít? . .

Tertullianus de pallio 4 'prorsus si quis Maeandrico fluxu delicatam uestem humi protrahat, audiat pone se quod et' (ait?) 'comicus: qualem' e. q. s.

VII

. . . . . hui uíctrix Venus, uidésne haec? 13/14

Varro de l. l. V 62 'et horum uinctionis uis Venus; hinc comicus: hui' e. q. s. 'non quod uincere uelit Venus, sed uincire.' (comicus Laetus comicos Flor. comites Vindob. Basil. apud comicos L. Spengelius)

Digitized by Google

hui *Lachmannus Lucr. p.* 311, *qui septenarii iambici alterum dimidium agnovit.* huic ω, *deleri vult Spengelius* uidesne haec *ad Varronis verba trahit Spengelius*

VIII

15 Spondén tuam gnatam fílio uxorém meo?

Varro de l. l. VI 70 'spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa . . . nam ut in comoediis uides dici: sponden' e. q. s. Cf. Lachmannus Kl. Schr. 174, Spengelius de emend. Varrone p. 31, Thilo ann. philoll. 1855 p. 529. Non satis probabiliter Dziatzko ann. philoll. 1876 p. 238 ipsum Varronem quasi sollemnem in comoediis formulam versu adstrinxisse suspicatur.

sponden t. gnatam *Rholandellus* sponde t. agnatam ω

IX

Ammianus Marcellinus XXVIII 4, 27 'cumque mutuum illi quid petunt, soccatos et (sic Ritschelius opusc. III 319, CFWMueller ann. philoll. 1873 p. 360 soccos et codd. soccatos, del. et, Dziatzko mus. Rhen. 31, 379) Micionas (sic Dziatzko micaunas codd. Miciones Gelenius Miconas vulgo) uidebis et Lachetas: cum adiguntur ut reddant, ita cothurnatos et turgidos, ut Heraclidas illos Cresphontem et Temenum putes.' Micio adelphon Terentii intellegitur, Lachetes praeter Terentianum Hecyrae plures noti (cf. Ritschelius l. l. 318 sq.).

X

Lachétem audiui pércussisse Démeam.

Quintilianus VII 9, 10 'accusatiui geminatione facta amphibolia soluitur ablatiuo, ut illud: Lachetem' e. q. s. 'fiat: a Lachete percussum Demeam.' Ibidem VIII 2, 16 'uitanda in primis ambiguitas, non haec solum, de cuius genere supra dictum est, quae incertum intellectum facit, ut Chremetem audiui' e. q. s. Fortasse fictum exemplum est.

Lachetem *loco priore* Chremetem *altero Quintilianus* Demean ψ dameam *Argentor. utroque loco*

Digitized by Google

XI

Si quís per omnis míhi deos iurét patrem Lachétem

Marius Victorinus CGL VI 135 K. 'comicus apposito sesquipede in ultima sede uersus adaeque trimetri reddetur tetrametrus, ut: si quis' e. q. s. Fortasse et hic et sequens versiculus conficti sunt.

XII

Quid aís, Epidice? tíbi facilior érit amor

Marius Victorinus l. l. 79 K. 'huius' (trimetri) 'mensura . . . incipit a duodecim syllabis et crescit ad septemdecim . . . item septemdecim syllabarum: quid ais' e. q. s. fragm. Sangall. CGL VI 639 K. 'tribrachys'

Epidice *Gaisfordius* epidia *ω: fortasse hinc persona mutanda*

XIII

Amáre nolo néc dolere, Clínia.

Marius Victorinus l. l. 62 K. 'acatalectum autem, cui, ut supra diximus, neque deest ad integram coniugationem neque abundat quicquam, ut est hoc trimetrum: amare' e. q. s. Atilius Fortunatianus l. l. 287 K. 'trimetrum acatalectum: amare' e. q. s.

XIV

Thylacus

Donatus in Ter. Andr. I 3, 21 'semper . . . nomina comicorum seruorum aut a nationibus sunt indita ut Mysis Syrus, aut ex accidentibus ut Lesbia, uelut ebriosa a Lesbo insula, quae est ferax suauissimi candidissimique uini, aut a moribus et uernilitate ut Pseudulus, aut ex negotio ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis ut Thylacus, aut ex specie formae ut Pinacium.'

chilacus *Par. A*

Subiungo statim reliquos comici coloris versiculos, de quibus tamen singulis decernere non ausim, cui potissimum fabularum generi sint ascribendi.

XV

. . . halofántam mendacém uelit

Nonius p. 120, 12 'halofantam . . . Plautus (Curc. 463): halofantam aut sycophantam magis esse dicam. et alius

Digitized by Google

nobilitatis obscurae: halofantam m. u.' Cf. M. Hertzius annall. philoll. 1862 p. 725.

XVI

Parúnculis ad lítus ludit céleribus.

Isidorus origg. XIX 1, 20 'paro nauigium piratarum usui aptum . . . Cicero: tunc se fluctigyro tradit mandatque paroni. et alibi: parunculis' e. q. s. Cf. annall. philoll. 1866 p. 399.

XVII

Conténdit oculos: dérepente abiít celox.

Nonius 518, 8 'derepente Turpilius . . . Ennius . . . Afranius [v. 199 sq.] idem [v. 223] Contendit' e. q. s. 'Accius . . . Nouius . . . Terentius . . . Pomponius . . . Ennius . . . Varro . . .' (Idem: contendit Lipsius; post exilit ultimum praecedentis exempli verbum excidere item potuit; an Titinius? 'poetam ueterem' dicit Bentleius ad Hor. epist. I 1, 28)

abiit *scripsi, item Luchs stud.* I 70 abit *Ba* habit *G H L* celox *Lipsius* colo *ω* colos *Rothius* loco *Maehly*

XVIII

Vínnulum sensílocum . . . . . .

Nonius p. 186, 10 'uinnulum sensi locum, id est inlecebrum. Plautus Asinaria . . . oratione uinnula uenustula' (inlecebrosum Quicherat, ut ipse conieci. inlecebram x, cf. ann. philoll. 1868 p. 429)

sensilocum (*h. e.* sensim loquentem: *cf. coroll.* XL) *Par. O continuat* sensi locum *φ* sensiculum *Onions.*

XIX

26 Ea est séditiosa, ea cúm uiro bellúm gerit.

Cicero ad Atticum II 1, 5 'ego illam' (Clodiam) 'odi male consularem: ea est enim seditiosa, ea cum uiro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum Fabio' (ea utrumque seclusit Baiterus. est enim s. et Schuetzius, bene, si Ciceronis sermo esset). Comicum versum primus enotavit Orellius, eumque secutus est Bue, qui Coni. Lat. 19 'uel Caecilium uel Afranium in imperiosae descriptione coniugis hoc usum esse' senario coniecit. Conferri idem iubet Axionici fr. 6, 9 *οἷον φίλερός τίς ἐστι καὶ μάχεταί τί μοι* ex Chalcidico et Menandri fr. 302, 6 K. (*ἐκ τῶν Ἀνβερνητῶν*).

Digitized by Google

Paulo leniores numeros ea seditiosast, cum *vel* est s. et cum *Ciceronis verba praecludere videntur*

XX

. . . . ómni modo ames quá ioco qua sério.

Fronto epist. ad M. Caesarem I 8 p. 24 Nab. 'uale et me, obsecro, omni modo' e. q. s.

omni modo, *non* omnimode, *in cod. scriptum esse testatur Studemundus ad Klussmanni emend. Front. p.* XXIV *Senarium explere* med *addendo nolui*

XXI

. . Fortunae súnt committenda ómnia:
Sine spé conamur úlla.

Cicero ad Att. X 2, 2 'λαλαγεῖσα iam adest, et animus ardet,' (cf. Caecil. 230) 'neque est quicquam, quo et qua . . . res sunt inexplicabiles. Fortunae' e. q. s. 'Melius si quid acciderit, mirabimur.' Poetae verba non agnoverunt.

XXII

Artém ne pudeat próloqui quam fáctites. 30

Cicero orat. 43, 147 'me autem siue peruolgatissimus ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui q. f., dissimulare non sinit quin delecter, siue tuum studium hoc a me uolumen expressit' e. q. s. Fortasse mimicus versus est.

Versum e Ciceronis verbis conformavi

XXIII

Ain tándem, leno? . . . . . .

Quintilianus IX 3, 16 (de figuris in particularum, velut 'sed enim', 'nam quis', 'tam magis . . . quam magis' usu disserens) 'pleni talibus antiqui sunt. initio Eunuchi Terentius: quid igitur faciam? inquit. alius: ain tandem leno? Catullus in Epithalamio: dum innupta manet' e. q. s. (alius: ain Halmius. alius in Ambr. Bamb. allusit Monac. Argent. In alius litteris Atilius vel Caecilius, immo Statius, latere suspicatur Woelfflinus.)

XXIV

Séd sibi cum tetulít coronam ob cóligandas núptias,

Digitized by Google

Tíbi ferebat; cúm simulabat sé sibi alacritér dare,
Tum ád te ludibúnda docte et délicate détulit.

Cicero de orat. III 58, 219 'aliud uoluptas: effusum et tenerum, hilaratum ac remissum: sed sibi' e. q. s. Num ex Naevii Tarentilla?

1 sibi *M*(*utili*) mihi *L*(*aud.*) colicandas *M* collocandas *L* coiugandas *x cf. coroll.* XL 2 se sibi *M* sese *L* alacriter *scripsi* alacri *Pal.* aiaci *M* adalaci *Ottob.* amaranti *vel* iam facis *praeter alia temptavi;* a iactu *Bue* 3 tum, *ut scripsi*, *Erl. b* cum *ψ* a te (*i. e.* at te) *Abrinc. Erl. Leid.* te *Ottob.*

XXV

'Exiliuit quási petulcus quídam, pedibus cónuibrauit.

Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci — — Afranius in Ida — interdum pro ueloce usi uidentur antiqui, ut hoc uersu intellegi potest: exiliuit' e. q. s.

exiliuit *Aldina* exiluit *cod.*

XXVI

Agite ⟨íte⟩! quid dubitátis hilareis dáre choros?

Pseudoacro in Horatii epod. 1, 1 'comicus' (trimeter) 'erit, qui frequentes tribrachos habet, ut: agite' e. q. s. 'Satyricus medius ut: Musae Iouem laudate et hilares date choros.' Eadem fere commentator Cruquii: exemplum omittere nolui, quamquam facile potest in scholae usum confictum videri.

XXVII

Tánta laetitia aúctus sum, ut nil cónstet . . . . .

Cicero de fin. II 4, 14 'modo intellegas inter illum qui dicat tanta' e. q. s. 'et eum qui: nunc demum mihi animus ardet' (Caecil. 230), 'quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium . . . qui nec laetetur nec angatur.' Eadem si tanguntur in Tusc. disp. IV 15, 35 'quae si quando adepta erit id quod ei fuerit concupitum, tum fertur alacritate ut nihil ei constet quod agat', Trabeae sunt (cf. fr. II).

Exitum fortasse nec quid agam sciam *ex Ciceronis verbis supplere licet. Integrum senarium elicies transponendo:* tantá sum laetitia aúctus, ut constét nihil

Digitized by Google

XXVIII

difficile ést loqui.

XXVIII—XXX Cicero epist. ad fam. II 9 'cum gratulor, tum uero quibus uerbis tibi gratias agam non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quem admodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus.' (cf. VIII 3, 1. 9, 1 II 10, 1) 'Itaque cum primum audiui, ego ille ipse factus sum — scis quem dicam — egique omnis illos adulescentes, quos ille actitat' (sic Victorius iactitat Med., item infra). 'Difficile est loqui. Te autem contemplans absentem et quasi tecum coram loquerer: non edepol . . . feceris. Quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: incredibile' e. q. s. 'Repente uero incessi omnibus laetitiis laetus' (Caecil. 252), in quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: ego u. a. nimiam.' (Trabea fr. II) 'quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille.' Difficile est loqui ipsa quoque adulescentis cuiusdam exultantis verba esse conieci. Repetitur haec epistola post VIII 5.

XXIX

Non édepol quantam rem égeris neque quántum facinus féceris

rem egeris *Med. altero exemplo* egeris rem *cod. hic*

XXX

'Incredibile hoc fáctum obicitur 40

factum *ed. antiq. signata A apud Orellium, Martyni-Laguna* factu *Med. cod. hic*, facto *Harl. Par.*

XXXI

nec múlieri

Nec grémio credi opórtet.

Festus p. 165 M. 'nec mulieri nec gremio credi oportere prouerbium est, quod et illa incerti et leuis animi est et plerumque in gremio posita, cum in obliuionem uenerunt exsurgentium, procidunt.' Comoedia respici visa est M. Hertzio Philol. I 612.

1 *sq. Cum omnino incertum sit, num in comoedia haec locum habuerint, tum de numeris certi nihil adfirmari licet: possis e. c. uno uersu continuare* nec múlieri nec grémio oportet crédier

Digitized by Google

XXXII

Módo pueros, modo ádulescentes ín cursu a tergo ínsequens
Néc opinantis ádsecuta est.

Cicero Tusc. disp. I 39, 94 'quae uero aetas longa est, aut quid omnino homini longum? Nonne modo ... adsecuta est senectus?'

1 *sq. versus agnovit Bentleius* *De synecphonesi in* pueros *Lachmannus in Lucr.* 129 *dixit; cf. Liv. tr.* 26. púeros modo *Fleckeisenus.*

XXXIII

Sentín senem esse táctum trigintá minis?

Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum immutatus, aut aliqua pars uersus, ut ... [Caecil. inc. fab. IV] Nam in Caelio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis et haberet filium delicatiorem, abeunte iam illo: sentin' e. q. s.

satin *Bue*

XXXIV

Nón tu scis? si quás ⟨quando⟩ aedes ígnis cepit ácriter,
Haúd facilest defénsu qui ne cómburantur próxumae.

Charisius p. 176 P. 'acriter Crispus III ** non tu scis' e. q. s. Comico poetae tribuit versus Keilius idemque constituit.

1 nonne *Keilius*, *qua particula Terentium certe usum esse constat, de Plauto dubitatur* quando *add. Fleckeisenus ann. philoll.* 1872 *p.* 365 2 facile est *Keilius* facile sunt *cod.* faciles sunt *G. Wagnerus ephem. gymnas.* 1855 *p.* 192

XXXV

Felícitas est quám uocant sapiéntiam.

Quintilianus VI 3, 97 'adiuuant urbanitatem et uersus commode positi, seu toti, ut sunt ... seu uerbis ex parte mutatis; ut in eum, qui, cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur: hereditas est quam uocant sapientiam, pro illo: felicitas est.' (falicitas, corr. felicitas Ambros. facillitas Monac. facilitas ceteri libri) Contulit Hauptius Herm. IV 35 ex Me-

Digitized by Google

nandri Hypobolimaeo fr. 482 K. *παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲ γὰρ πλέον Ἀνθρώπινος νοῦς ἐστὶν ἄλλο τῆς τύχης*, sed propius etiam accedit versus sive Menandreus sive Euripideus syllogae Vrbinatis, quam ed. Guil. Meyer (1880) p. 51 *τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν*.

felicitas *scripsi*, *cui substitui totidem syllabis* hereditas *posset*, *item Hauptius* est *Ambros.* esset *Monac. Argent.*

XXXVI

Med ésse acerbum síbi, uti sim dulcís mihi.

Cicero epist. ad fam. III 8, 8 'cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior et temporibus, quibus alii mouentur, isdem ego mouear, me esse' e. q. s.

med *Martyni-Laguna* me *cod.* uti *scripsi* ut *cod.* dulcis *Harl. Par.* pulcis *Med.*

XXXVII

aégre faciam fíliis

Charisius p. 176 P. 'aegre . idem in eadem: aegre f. f. subaudiri debet uerbum, ut sit. aliter Plautus in Bacchidibus' e. q. s. Dedi locum qualem constituit Aem. Baehrens ann. philoll. 1872 p. 365. 'aegre f. f. idem in eadem subaudiri debet uerbum, ut sit aegre' cod. Lacunas, quibus et nomen et versus poetae, cuius verba priore loco relicta sunt, exciderunt Keilius indicavit.

XXXVIII

Si núnc redire pósset ad superós pater,
Qui té tutamen fóre sperarat fámiliae
Domuíque columen, nónne ⟨tibi⟩ sic díceret?
'Cur té dedecoras, fámam cur maculás tuam?
Cur rém dilapidas, quám miser extruxít labor?'

Charisius p. 252 P. 'per prosopopoeiam, cum loquentes finguntur qui nulli sunt, tamquam: si nunc' e. q. s.

2 fore sperarat *Lindemannus* fore sperare *cod.* fore parare *ed. pr.* fore putarat *Fabricius* 3 nonne tibi *scripsi* n̄ *cod. litteris tribus vel quattuor in lineae fine deletis, quamquam etiam plus intercidisse possit.* nonne potes *ed. pr.*, *in quibus tamen* potes *errore confictum videtur H. Keilio: nam in cod. cum verbo* redire *terminetur linea, ei additum sed signo* ⌊ *disiunctum legi* p . . ., *quod cum ad superiorem lineam referri debuerit, falso*

Digitized by Google

postea pro inferioris exitu habitum esse. nonne putas *Fabricius* non putas *Studemundus* nonne haec tibi *Keilius* 4 dedecoras *Fabricius* dedecores *cod.* famam *Fabricius* familiam *cod.* maculas *ed. pr.* macules *cod.* 5 dilapidas *Fabricius* dilapides *cod.* quam *ed. pr.* q . . . . *cod.* miser] meus *coni. Kiesslingius et Bue, quod si verum est* (*cf. coroll.* XLI), *ex forma* mius *vel* mis (*de qua vide Ritschelii opusc.* IV 465 *sq.*) miser *videtur ortum esse*

XXXIX—XLI

Tutáre amici caúsam, partis súscipe.
Obícitur crimen cápitis: purga fórtiter.
In amíci causa es? ímmo certe pótior es.

Charisius p. 253 P. 'per apologismon, siue ultro dando, cum aliquid adversario nostro ultro damus, quo uti eum scimus non posse, tamquam: tutare' e. q. s. Olim disiunctos tres versiculos edideram, qui Keilio quoque cohaerere videntur.

1 partis *Bue* patris *cod.* potis es *Keilius* 2 purga *ed. pr.* p . . . . . *cod.* 3 es, immo certe potior es *scripsi. Cf. Ter. eun.* 812 potior ē immo certe potior est *cod.* potior immo certior *Fabricius* nimio certe potior es *coni. Kiesslingius. An* potis certe: immo potior es *scribendum?*

XLII

Prórsus aequum est. pátere, Daue: mé poenae oppone...

Charisius p. 253 P. 'per commutationem: prorsus' e. q. s. 'hic non ut coepit sententiam finit: nam aiebat Daue, deinde subiecit me, cum ipse sit Dauus.' Cf. Plauti Amph. 598.

patere *scripsi imperativum* (petere *olim*). pectore *cod.* oppono *Bue cf. coroll.* XLII

XLIII

. . . . egone íllam? — pudor est éloqui — quam cómperi —?
— Relínqui num potuít? — Non perpetiár, non ⟨non⟩ eam pérferam.

Charisius p. 254 P. 'per apoclisin: egone . . . perferam. consulto uerbum uel uerba praetermittit et quiddam suspicionis silentio colligit.' Coniunxit et ad comoediam rettulit H. Keilius; personas ego distinxi: cf. coroll. XLII.

2 relinqui (*puncto sup.* n) *cod.* num *scripsi* n̄ (*i. e.* non) *cod.* Non *e. q. s. respondentis sunt* non non *bis posui,*

Digitized by Google

semel cod. eam *scripsi* e (*in fine versus*) *cod.* etiam *ed. pr.* *An* non ego istam p.? réici non pótuit? non perpétiar, non eam pérferam *Bue*

XLIV

Tertullianus de anima 20 'comici Phrygas timidos inludunt.'

Cf. Apollodori Citharoedus: *οὐ πανταχοῦ Φρύξ εἰμι· τοῦ ζῆν ἦν ὁρῶ Κρεῖττον τὸ μὴ ζῆν, χρήσομαι τῷ κρείττονι.* Aliter se gerit Turpilianus v. 102.

XLV

Viden út cinaedus órbem digito témperat?

Suetonius Oct. 68 'sed et populus quondam uniuersus ludorum die et accepit in contumeliam eius et assensu maximo comprobauit uersum in scaena pronuntiatum de gallo matris deum tympanizante: uiden' e. q. s. Ad togatam (cf. Attae Megalensia) aut ad mimum (cf. Galli Laberii) pertinere videntur.

Cf. Lobeckius Aglaoph. 1016

XLVI

Di ínmortales! quás ego pugnas, quántas strages édidi!

Cicero epist. ad Att. I 16, 1 'di inmortales! quas ego pugnas et quantas strages edidi! quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis!' Servum vel parasitum in comoedia gloriantem et tragicum colorem adfectantem illa praedicare potuisse suspicatus sum.

di inmortales *ut adsumerem suasit Bue*

XLVII

. persuasit ánimo uinum, déus qui multo est máximus.

Festus p. 153 M. 'metonymia est tropos, cum ab eo quod continet significatur id quod continetur, aut superior inferiore, aut' ('et' cod.) 'inferior superiore. Quae continet quod continetur, ut Ennius — ab eo quod continetur id quod continet, ut cum dicitur: epota amphora uini. a superiore inferior, ut Ennius — ab inferiore superior, ut: persuasit' e. q. s. Poetae anonymi Graeci (1274 K.) *οἶνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος* comici an tragici versus sit incertum dicit Meinekius.

Initio ita *suppleas* animo *om. Spengelius senarium dimetiens*

Digitized by Google

XLVIII

65 Líberi bellária

Gellius XIII 11, 7 'uina quoque dulciora est inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.'

XLIX

66/7 Clítellae boui súnt inpositae: pláne! non est nóstrum onus.

Cicero epist. ad Att. V 15 'est incredibile, quam me negotii taedeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi et industriae meae praeclara opera cessat .... clitellae' e. q. s. 'sed feremus.' Ammianus Marcellinus XVI 5, 9 'cum exercere proludia disciplinae castrensis philosophus cogeretur ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis, uetus illud prouerbium: clitellae boui sunt impositae, plane! non est nostrum onus Platonem crebro nominans exclamabat.' Quintilianus V 11, 21 '*παροιμίας* genus illud, quod est uelut fabella breuior et per allegoriam accipitur: non nostrum, inquit, onus, bos clitellas.' Pertinet ad proverbiorum genus, quod exemplis post Hauptium opusc. II 395 inlustravit O. Crusius mus. Rhen. 44, 448. 459 sq.

Septenarium constituit Bue Coni. Lat. 17 plane *Ammianus, quod* 'plana et aequabili uia, plano gressu' *interpretor: insolito onere pressi boves non se nisi lente et moderate incedere posse clamant.* illane *Med. corr.* illa *m. pr.*

L

Quási ⟨si⟩ messor pér messim unum quémque spicum cóllegit

Festus p. 333 M. 'spicum masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem. uersus est antiquus: quasi' e. q. s.

per messim *del. x de versu Sat.* 81, *ut senarius evadat* collegit *cod., i. e.* colligit

LI

Tám perit quam extréma faba . . . . . .

Festus p. 363 M. 'tam perit quam extrema faba in

Digitized by Google

prouerbio est, quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus.' Comoedia respici visa est M. Hertzio Philol. I 612.

LII

. . prior ire lúci claro nón queo. 70

Nonius p. 210, 15 'lux ... masculino Plautus .. luci' ('luce' Leid.) 'claro .. Varro .. luci claro ... idem ... luci claro ... M. Tullius de officiis lib. III: et cum ⟨primo luci Pomponi domum uenisse dicitur ...⟩ prior ire luce claro non queo.' Vncis inclusa Ciceronis verba 31, 112 una cum poetae nomine excidisse vidit Mercerus.

et cum *praemisit Bue, item Quicheratius: v. supra.* luci *E F*^{3} *H, Fleckeisenus; genetivum* lucis *esse vult Bergkius symb. I* 148 *sq.* luce *F*^{1} *L W*

LIII

Clámor lapides fústes gladii: haéc inprouisa ómnia.

Cicero ad Att. IV 3, 3 'cum sacra uia descenderem, insecutus est me cum suis' (Clodius). 'Clamor' e. q. s. 'discessimus in uestibulum Tettii Damionis.' Numeros indicavi.

et haec *Jensoniana*

LIV

Quíd clamorem exórsa uerbis páruam rem magnám facis?

Cicero pro Caelio 15, 36 'eum' (minimum fratrem) — 'putato tecum loqui: quid tumultuaris, soror? quid insanis? quid clamorem' e. q. s. Versum esse vidit Beierus.

clamorem *scripsi* clamore *ω* clamare *C F W Mueller*

LV

Obstrúdant obsatúllent

Festus p. 193 M. 'obstrudant obsatullent, ab auide trudendo in gulam, non sumendo cibum.'

Potest etiam septenarii iambici exitus fuisse obsatullent *O. Muellerus* obsatulent *cod.*

LVI

aúdio, haut auscúlto.

Digitized by Google

Varro de l. l. VI 83 M. 'ab audiendo etiam auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent, a quo dictum poetae: audio, haut ausculto.' Cf. Caecil. v. 196.

haud *Turnebus* aut ω obsculto *Flor.*

LVII

74[1] 'Vsque donicum éffligatur

Charisius p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria [I], ubi Probus: usque d. e.' Sed haec non grammatici, sed poetae verba esse monuit Ritschelius opusc. II 241.

LVIII

Vílla est patrui. hic áger est ubi stas. póne uersum
illác mare est.

Charisius p. 191 P. 'pone uersus M. Cato ... item idem ... hostium * uilla est' e. q. s. Comoediae adsignavit septenarium x

LIX

'Insanum aliter suá sententia átque aliarum múlierum

Charisius p. 175 P. 'aliter pro alias Sallustius historia I: sanctus alias ... item in eadem: insanum' e. q. s. Turbato titulorum ordine, de quo monuit Keilius, factum est ut et Sallustii exemplum perperam huc intruderetur, cum olim infra (in titulo 'alias pro aliter') locum habuisset, et cum nominibus verba quoque eiusdem poetae comici eiusdemque fabulae excíderent, cuius nostra sunt. Quod perspexit x mus. Rhen. 24, 242.

LX

iniurius

Servius in Aen. IX 107 'hinc est apud comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.'

LXI

. . . . Scytálosagittipélliger

Tertullianus de pallio 4 'tametsi adoratur a uobis, qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensauit.'

Fortasse melius Scýtaloságittipélliger *efferri monuit Buc*

Digitized by Google

LXII

Sui quíque mores fíngunt fortunam hóminibus. 75

Cornelius Nepos vita Attici 11, 6 'itaque hic fecit, ut uere dictum uideatur: sui' e. q. s. Cicero Parad. 5, 35 'cui etiam quae uim habere maximam dicitur Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit: suis ea cuique fingitur moribus.' Nonius 526, 24 'si prisca sententia philosophica accipit intellectum, quae ait: sui ... fingunt, omnipotens fortuna esse desinit.' Tota Nonii disputatio inde a p. 526, 16 usque ad 527, 10 ex commentario aliquo Vergiliano ad Aen. IV 696 sumpta est: cf. Servius et Gellius XIII 1. Versus noster inter Publilii Syri sententias referebatur: et 'mimicum versum' dicit Lachmannus quoque, sed mimum dubito num Cicero 'sapientis poetae' nomine ornaverit. Cf. Plauti Trin. 368.

sui quique *scribendum esse post Fleckeisenum demonstravit Lachmannus in Lucr.* 94 sui quoique *Haenel.* sui cuique *φ Nepotis, Nonius* suis ea cuique *Cicero* mores fingunt *Nepos et Nonius, nisi quod* funguntur *Monac. Haen. Nepotis* fortunam hominibus *om. Nonius* hominibus *om. cod. collegii Rom., Leid. Voss. ab* omnibus *suprascr. in Gifan. Wolf. Sang. Vrbin. Ottob. Alex. Patav. Haen.* suis fingitur fortuna cuique moribus *apud Ciceronem scribit Lachmannus.*

LXIII

Onus ést honos qui sústinet rem públicam.

Varro de l. l. V 73 'honos ab honere siue onere, itaque honestum dicitur quod oneratum, et dictum: onus' e. q. s. Fortasse versus popularis fuit ut ille apud Varronem de re rust. III 2, 1 et Gellium IV 5, 5 'malúm consilium cónsultori péssimumst', de quo cf. coroll. XLVIII Buechelerus mus. Rhen. 41, 2 Baehrens FPR praef. p. 28.

LXIV

Non ést beatus, ésse se qui nón putat.

Seneca epist. 9, 21 'apud poetam comicum inuenies: non est beatus' e. q. s. Publilio suo ascripsit Guil. Meyer p. 46.

Retinui hoc loco olim adiunctas sententias quas Seneca laudavit, quamquam quaedam earum etiam in sylloge quae Publilii Syri nomine fertur extant nec minus probabiliter aliae quoque ad mimum referuntur.

LXV

Is mínimo eget mortális, qui minimúm cupit.

Digitized by Google

LXV sq. Seneca epist. 108, 11 'de contemptu pecuniae multa dicuntur ... magis tamen feriuntur animi, cum carmina eius modi dicta sunt: is minimo' e. q. s. 'quod uult' e. q. s. 'cum haec atque huius modi audimus, ad confessionem ueritatis adducimur.' Publ. Syr. sent. 242. 443 R¹ (I 56 Q 74 M.)

minimum *Fris. Syri*

LXVI

Quod uúlt habet, qui uélle quod satis ést potest.

LXVII

In núllum auarus bónus est, in se péssimus.

Seneca epist. 108, 9 'non uides quem admodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt quae publice adgnoscimus et consensu uera esse testamur? [Publ. Syr. sent. 121 R¹ = 236 W. I 7 M.] in nullum' e. q. s. 'ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiis suis fieri conuicium gaudet.' Publ. Syr. sent. 224 R¹ = 234 W. I 5 M.

nullo *Syri ω*

LXVIII

Auárus animus núllo satiatúr lucro.

LXVIII sq. Seneca epist. 94, 43 'quis autem negauerit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis: nihil nimis' (Terent. Andr. 61) 'auarus' e. q. s. (= Syr. 37 R¹, A 55 M.) 'ab alio' e. q. s. (= Syr. 1 R¹, 2 W., A 2 M.) 'haec cum ictu quodam audimus nec ulli licet dubitare aut interrogare: quare?' Lactantius div. instit. I 16, 10 'non illepide Seneca in libris moralis philosophiae: quid ergo est, inquit, quare apud poetas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an tandem illi uenit in mentem [LXIX] et timet ne quis sibi faciat quod ipse Saturno?' Ael. Lampridius de Alexandro Severo 51 'clamabatque saepius quod a quibusdam siue Iudaeis siue Christianis audierat et tenebat, idque per praeconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Quam sententiam usque adeo dilexit, ut et in Palatio et in publicis operibus praescribi iuberet.' Anthol. epigr. lat. 192, 3 B. 'ab alio speres, altero quod f.' Ex Iudaica sapientia sententiam repetit Jac. Bernays op. I 274 sqq., Syri non memor.

Digitized by Google

LXIX

Ab álio expectes álteri quod féceris.

LXX

Benefícia in uolgus cúm largiri instítueris,
Perdénda sunt multa, út semel ponás bene.

Seneca de benef. I 2 'beneficia' e. q. s. 'in priore uersu utrumque reprehendas: nam nec in uolgus effundenda sunt et nullius rei, minime beneficiorum honesta largitio est ... sequens sensus mirificus est, qui uno bene posito beneficio multorum amissorum damna solatur.' Cf. Publilii Syri sent. fals. 287 p. 130 W.

1 statueris *Henk.* 2 ut unum semel *Vratisl.*

LXXI

quid? tu non intéllegis 85
⟨Benefíciis⟩ tantum grátiae te démere,
Quantúm morae adicis? 86

Seneca de benef. II 5, 2 'quare uerissimum existima, quod ille comicus dixit: quid?' e. q. s.

2 gratiae, *om.* te, *Tross.* te gratiae φ *Septenarium* tántum g. te d. adicis quantum morae *commemoravi coroll.* XLII tantúm te adimere g. q. morae | adicis *Leo Pl. F.* 327

LXXII

Póstea nolí rogare, quom ínpetrare nólueris.

Seneca epist. 95, 1 'scio te in bonam partem accepturum, si negauero. eo magis promitto et uerbum publicum perire non patior: postea' e. q. s. 'interdum enim enixe petimus id, quod recusaremus, si quis obferret.' Cf. Pseudoseneca de mor. 33.

quom *scripsi* quod ω imperare *Vatic.* α *Palat.* II *Alexandr.* nolueris ω, *quod si verum est, consonantis vice* u *fungitur ut in Luciliano illo* 'quem uisere nolue|ris, cum debueris.' non uelis *commendavi coroll.* XLII

LXXIII

Iniúriarum rémedium est oblíuio.

Digitized by Google

Seneca epist. 94, 28 'numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus? Iniuriarum' e. q. s. (Publ. Syr. sent. 222 R¹ = 250 W. I 21 M.)

LXXIV

Sat céleriter fit quídquid fiet sátis bene.

Suetonius Octav. 25 'crebro itaque illa iactabat: *σπεῦδε βραδέως* et *ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης* et: sat celeriter fieri q. fiat s. b.' Fortasse haec quoque mimo reddenda sunt.

Verba in numeros redegi. . sát c. f. q. fit sátis bene *Luchs stud.* I 70 sát c. ⟨scito⟩ fieri q. f. s. b. *Dziatzko*

LXXV

90/1 'Vbi ⟨iam⟩ non es quí fuisti, non est cúr uelis uíuere.

Cicero ep. ad fam. VII 3, 4 'mortem mihi cur consciscerem causa non uisa est, cur optarem multae causae; uetus est enim, ubi non sis qui fueris, non esse cur uelis uiuere.' Scaenici poetae versiculum esse intellexit Schneidewinus Philol. III 132, qui de tragico cogitaverat, inter comoediae reliquias ipse recepi. Sed de genere fabulae incerta ariolatio. (Cf. quae Teuffelius monuit ann. philol. 1875 p. 432.)

90 *sq. sententiam numeris suis includere alii aliter conati sunt.* úbi non sis qui fueris, non est cur uelis ⟨iam⟩ uiuere *Bue mus. Rhen.* 11, 511 (ibi *inseruit Fleckeisenus annall. philoll.* 1861 *p.* 141, 1866 *p.* 628 *sq.*) ubi non es ⟨is⟩ qui fuisti, non est cur uelis uiuere *Havet*

LXXVI

Saépe qui miseréri potuit, rógitat misericórdiam.

Seneca controv. IX 27 p. 274 B. Versum esse intellexit Andreas Schottus.

rogitat misericordiam *poetam scripsisse suspicor* misericordiam rogat *Seneca.*

LXXVII

. . . homo locum órnat, non hominém locus.

Charisius p. 254 P. 'per antimetabolen: homo' e. q. s. Simillimam, sed colore diversam sententiam protulit Accius v. 272. Nostra ad quod scaenicae poesis genus pertineat ambiguum

Digitized by Google

est, sed cf. Philemonis fr. 189 *οὐχ ἡ πόλις σου τὸ γένος εὐγενὲς ποιεῖ, Σὺ δ' εὐγενίζεις τὴν πόλιν πράσσων καλῶς.*

locum ornat *scripsi* ornat locum *cod.*

LXXVIII

Odí puerulos praécoqui sapiéntia.

Apuleius apol. c. 85 'est ille poetae uersus non ignotus: odi' e. q. s. 'sed enim malitia praecoqui puerum quis non auersetur atque oderit?' Cf. Publilii Syri sent. fals. 265 p. 129 W.

LXXIX*

Quid trístiorem uídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius
Amát nec spes est aúxili argentária,
Ideóque scapulae métuunt uirgindémiam?

Nonius 187, 10 'uirgindemiam, ut uindemiam, hoc est uirgarum adparatum uel demptionem uel decerptionem ob uerbera. Varro Agathone: quid' e. q. s. Sed potest vel Varro de comoedia locum saturae inmiscuisse vel eius exemplum una cum comici poetae nomine in Nonii libris excidisse. Adsensum tuli Vahleni Coni. p. 13, Buecheleri mus. Rhen. 14, 424, Roeperi Philol. XVII 89, Riesii Varronis rell. p. 97, quorum illis, Vahlenum et Buechelerum dico, prior, altera coniectura praeplacuit Roepero et Riesio. Lampadionem comoediam Naevius scripsit, quem tamen horum versuum auctorem fuisse numquam adfirmavi (cf. Leo Pl. F. 19).

1 antidhac *Carrio* angit hac (hanc *H*) ω 2 numquid *Mercerus* nemquid ω, *h. e.* nimquid, *de qua forma dixi in corollario ad tragicos p. LXXVI* 3 nec *Carrio* haec ω argentarii *Carrio* 4 uirgindemiam *ed. a.* 1476 uirgarumdemiam ω

LXXX

Quód dedi datúm non uellem: quód relicuomst nón dabo.

Plautus Cistell. 506 'intér nouam rem uerbum usurpabo uetus: Quód dedi' e. q. s. Ambiguam huius dicti originem esse sensi olim in quaest. scen. p. 353: adiunxi olim quasi responsum né dares, ne polliceres. quod datum est ⟨non redditur⟩ (Varronis sat. fr. 41 B.), sed nunc omisi ut nimis incertum.

Digitized by Google

LXXXII

102 Símilem habent labiaé lactucam cómedente asino cárduos.

Hieronymus ad Chromatium I 7 'secundum illud, de quo semel in uita Crassum ait risisse Lucilius: similem' e. q. s. Septenarium restituit x mus. Rhen. 24, 249 (cf. ad Lucil. inc. CXLI) auditum a Crasso in comoedia fuisse coniciens.

labiae *Bue* labra *Hieronymus* lactucam labra *x* asino carduos comedente *Hieronymus, quae transposuit x*

Vt fr. LXXIX Varro, item Lucilius vide an praeter versiculum modo prolatum scaenae debeat etiam hos duos:

Caede óstium, Gnatho, úrge. restant? périimus.

et

Gnathó, quid actum est? — Dépilati omnés sumus.

Laudat priorem Nonius p. 272, 15 'caedere, frangere ... Lucilius lib. XXVIIII: caede' e. q. s. et 417, 31 'urgere, insistere. Lucilius lib. XXVIII: caede' e. q. s. alterum idem p. 36, 25 'depilati dicitur rarefacti. Lucilius lib. XXIX: nato' e. q. s. Varia librorum scriptura haec:

1 reistam p. 272 Fortasse restant et periimus inter duas personas distribuenda; item v. 2 distinxi personas

LXXXIII

Quae pótero tangam: tú mihi legés tene.

Excerpta Bernensia in Hageni anal. Helv. p. CCXXXI, 14 (Iulianus Toletanus p. 9): 'da ubi supposita' (liquescat s): 'quae' e. q. s.

tumia *Iulianus* *Conici possit* tú mihi leges béne tene *Pentametrum grammatico visum esse putat Bue*

LXXXIV

uae mihi, matér mea!

Excerpta Bern. in Hageni anal. Helv. p. CCXXVIII et Iulianus Toletanus p. 103 'ue est coniunctio ... quando fuerit praepositiuum et cum commotione animi dictum, ut puta, uae mihi m. m., erit interiectio dolentis.' Etiam ex tragoedia sumpta esse possunt.

Digitized by Google

LXXXIV[a]

uix pedém

Pedí praestruít, otióse it, remorátur.

Festus p. 313 M. 'struere antiqui dicebant pro adicere, augere — — — ali gradum augere, ali minuere ac uix pedem' e. q. s. Cf. coroll. trag. LXIII.

2 praefert *cod.* ac uíx pedem pedi praéstruit *suadebat Studemundus, ac similiter (ut pergat* ótiose it ét r. *in altero versu) Bue, sed idem legum XII interpreti nescio cui mavult tribuere.*

LXXXV

⟨Sátis⟩ est: reuoca frátrem ⟨eodem stírpe gnatum:⟩

plaúdite! 105

Festus p. 313 M. 'stir[pem in masculino gene]re antiqui [usurparunt pro eo quod est fe]mina, met[aphorico uocabuli usu,] quae nunc in [femineo profertur gene]re. Liuius — — [Ennius] — a stirpe supremo . . . . . est reuoca fratre . . . . . plaudite.'

Supplementa Vrsini sunt gnatum *O. Muellerus*

Ex Pompeianis versiculis unum exemplum hic excerpere satis habui, n. 1896 Z. = carm. lat. epigr. 33 B.

ubi pérna cocta est, sí conuiuae appónitur,
non gústat pernam, língit ollam aut cáccabum.

Ex Atellanae aut mimi memoria in murum transcripta esse Bue quoque statuit. De comoediae frustis quae apud Ciceronem latere suspicatur Fleckeisenus ann. philoll. 1892 p. 209 sq. non satis mihi persuasit. Senarium inseruisse videtur Cicero in epist. ad Att. IV 10 'sed de illa ambulatione

fors uíderit aut sí qui est qui curét deus.'

Glossarum congeriem reliqui in coroll. LI sqq.

Digitized by Google

Digitized by Google

FABVLA TOGATA

Digitized by Google

Digitized by Google

TITINIVS

BARBATVS

Barbatvs inscribi iussit Mercerus. Cf. Varro de l. l. V 119 'nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine, Graeca figura barbatus.' Pauli Festus p. 176 M. 'nanum Graeci uas aquarium dicunt humile et concauum, quod uulgo uocant situlum barbatum, unde nani pumiliones appellantur.' Cf. CGl. II 28, 22 G. bardatus *νάννος τὸ σκεῦος*. Sed fortasse aliud nescio quid in vestigiis barato barrato barnato baratto varrato varro latet.

I

. . inauratae átque inlautae múlieris . .

Charisius p. 181 P. 'inauratae pro non auratae. Titinius in barrato: inauratae' e. q. s. Cf. Plauti Men. 801.

mulieres *intellegi mavult Leo Pl. F.* 327.

II

. prius quam auró priuatae púrpuramque aptaé simus

Charisius p. 212 P. 'a pro ad ('ap pro a' Bue) 'Titinius in barato: prius quam' e. q. s. 'nam et apes quasi aptae sunt, quod inuicem colligantur.' (titinnius Par. barnato Par. barathro ed. pr.)

aptae simus *scripsi* abtesimus *Neap.* subtesimus *Par.* abteximus *ed. pr.* atteximus *Mercerus* purpuraque ap te *Bue* *De* sĭmus *forma vide Marium Victorinum p.* 2456 *P.* (*cf. etiam prolegg. mea Verg. p.* 394) p. auro ⟨sumus⟩ p. p. que amisimus *Kochius ann. philoll.* 1874 *p.* 137.

Digitized by Google

III

. ego ab laná soloci ad púrpuram data . . .

Festus p. 301 M. 'solox, lana crassa, et pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinius in barrato: ego' e. q. s. Paulus p. 300 M. 'solox lana crassa uel pecus lana non tectum. Titinnius: lana' e. q. s.

soloci lana *Mercerus iambum metiens* delata sum *in exitu v. non videtur aptum esse*

IV

. . . . frygió fui primó beneque id opus scíui:
Relíqui acus aciásque ero atque eraé nostrae . . . .

Nonius 3, 20 ['frygiones] . . . . Titinius barbato: frygio' e. q. s. (titinnius HL²W)

1 *sq. numeros constitui* 1 frygio fui primo *om. L*¹ op' ciui *Ba* 2 atias *Ba* *Ad* acus aciasque *cf. Petronii c.* 76 'ab acia et acu' atque re *Ba H L*

V

quod quídem pol mulier dícet,
Namque úni collegí sumus.

Priscianus p. 694 P. 'uni pro unius Titinius in barbato: quod' e. q. s. (tintinnius Sang.) Idem p. 717 P. 'Titinius in barbato: quod . . . sumus; uni pro unius.'

1 *sq. numeros et Duebnerus et Hermannus agnoverunt* 1 dicit *Reg. m.* 2, *Amien. Halb. Carolir. p.* 717, *ω p.* 694
2 colligii *Reg. utroque loco* colligii *Sang. p.* 694

VI

ita spúrcus
Animátur ⟨ira⟩ in proélium:
Véles, eques — recipít se
Néque ferit quemquam hóstem.

Nonius 552, 25 'ueles, leuis armatura. Titinnius barbato: ita' e. q. s. Inpotens adversarii ira cum nescio cuius hostis impetu invalido contemptim comparatur. Totum vero locum historico alicui scriptori velut Sisennae adscribit Quicherat, comici verba excidisse ratus, adstipulatur etiam Leo Pl. F. 256.

Digitized by Google

1 spurius ψ in mundˉ purius *Ba, ut aliquando lectum fuisse appareat* spurcus *cum* inmundus *glossemate* 2 ita Spurius animat iram in proélium. Véles atque eques recipit se nec ferit quemquam hostium *Hermannus de praetexta sive Accii sive Pacuvii cogitans. Creticos* ⏑ – ita Spúrius animátur in pr. *Bue, quem in ceteris secutus sum Amphitruonis Plautinae canticum v.* 208 *sqq. comparantem*

VII

'Vbi ⟨iam⟩ ambitioném uirtuti uídeas antecédere

Nonius 499, 7 'datiuus pro accusatiuo. Titinius uarrato: ubi' e. q. s. 'pro uirtutem antecedere.' (uarro Bamb.) Queritur aliquis de praesentis aevi moribus atque institutis.

ambitionem uirtuti *Junius* ambitione uirtutis *ω*

VIII

. . . . . id necéssest? —

Edí!

Charisius p. 178 P. 'edi' (interiectio) 'Titinius in baratto: id necessest? respondetur' (respondet ed. pr. R Neap.) 'edi, pro edius fidius.'

necesses *cod.*

IX

Noctú diusque 13

Charisius p. 185 P. 'noctu diuque; Sallustius . . . at uero Titinius in barrato noctu diusque ait.'

dius] *Cf. Lachmannus in Lucr.* 227: *genetivum interpretantur Bue annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *et Bergkius symb. I* 80

X

Festus p. 364 M. 'tensam ait uocari Sinnius Capito uehiculum, quo exuuiae deorum ludicris circensibus in circum ad puluinar uehuntur. fuit et ex ebore, ut apud Titinnium in barbato, et ex argento.'

CAECVS

Plautina fabula fuit, ut Winterus hoc quoque fr. ad eam pertinere, Titinii autem in cod. excidisse suspicetur.

Digitized by Google

Ita sémitatim fúgi atque effugí patrem.

Charisius p. 194 P. 'semitatim Titinius in Caeco: ita' e. q. s.

FVLLONIA

Fvllonia (vel Fvllones) Cf. Ritschelius Parerg. I 142.

I

Ego mé mandatam meó uiro male árbitror,
Qui rém disperdit ét meam dotém comest.

Nonius 81, 15 'comest pro comedit ... Titinius Gemina ... idem Fullonibus: ego' e. q. s.

2 que F^1 rem F^3H ren φ ac *Vrbin.* dotem *om.* *W*

II

. . iam pridem egréssa tu perbíteres.

Nonius 153, 25 'peruitere, perire ... Titinius Fullonia: iam' e. q. s.

An egena? tu *Neukirchius* ut *E* aut φ egressa esses aut *Onions* aegreres aut *Bue* perbiteres *Bothius* perbiteris ω

III

uíderam ego te uírginem
Formónsam, sed spónso supérbam esse, fórma
Ferócem.

Nonius 305, 2 'ferox sum illa re dicitur ut illa re sum fretus ucl arrogans. Titinius Fullonibus: uideram' e. q. s.

2 formonsam G^1L^1 formosam φ sed *scripsi* esse ω, *quod libenter tenerem* sponsa L^1 esse superbam ω, *transposui* *Temptata varia sunt, sed audaciora, cum a me tum ab aliis: baccheos agnovit Vsenerus, sed singula paulo aliter ut conformaret* (formosam | Esse spónso s., esse f. f.)

IV

Intérea fetida ánima nasum oppúgnat . . . .

Nonius 233, 4 'anima rursum alitus oris et odor ... Titinius Fullonibus: interea' e. q. s. (titinius om. Bern. a b Tur.)

Digitized by Google

i. nasum oppugnat anima foetida *Bothius* i. oppugnat anima nasum foetida *A. Kochius, paulo melius*

V

Aspécta formam atque ós contemplató meum.

Nonius 470, 1 'contempla . . . Titinius Fullonibus: aspecta' e. q. s. (fulloni Ba H^1 L)

contemplato *Bothius* contemplo W^2 (templo W^1) contempla φ atque spontem pla *P* a. f. meam atque os contempla m. *Hermannus* specta meam f. *e. q. s. Havet*

VI

Da pénsam lanam: quí non reddet témperi
Putátam recte, fácito ut multetúr malo.

Nonius 369, 20 'putare, aptare. Titinius Fullonibus: da' e. q. s.

1 date pensam *Junius* adpensam *Madvicus* quae *Bergkius, praeter necessitatem* temperi *unice veram esse formam demonstravit Ritschelius* tempori ω 2 facito *Bothius* facite ω (*om.* W^1) miletur *B G H* mulcetur *anon. ap. Merc.*

VII

Quae intér decem annos néc quiuisti unám togam de-
téxere. 24 25

Nonius 406, 17 'toga dicta est a tegendo, et est toga, sicut in consuetudine habetur, uestimentum, quo in foro amicimur . . . Titinius Fullonibus quae' e. q. s. Fortasse de Penelopa sermo est.

nec quiuisti *scripsi* (*cf. Acc.* 620) nequiuisti *Par. D* nequisti φ nesciisti *Bue* non quiuisti *Brugmanus* inter decem quae annos nequisti x *Senarios olim* quae intrá decem Annos nequisti togulam unam d. *effinxi: in altero v.* annos togam unam nequisti d. *Brock quaest. gramm.* (*Dorpat.* 1897) *p.* 152

VIII

Ni nós texamus, níl siet, fullónes, uobis quaésti.

Nonius 488, 17 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus: Titinius Fullonibus: ni' e. q. s.

Digitized by Google

nox C^1 nil siet *Bue* nihil est ω est nihil *Bothius* nil erit *x* questu *Ba*

IX

Nec nóctu nec diú licet fullónibus quiéscant.

Nonius 98, 25 'diu pro die, unde et interdiu dicitur. Titinius Fullonibus: nec' e. q. s.

nocte G^1

X

Térra ⟨enim⟩ haec est, nón aqua, ubi tu sólitu's argutárier
Pédibus, cretam dúm compescis, uéstimenta quí laues.

Nonius 245, 30 'argutari, sussilire. Titinius Fullonia: terra' e. q. s. Pedibus in lacu, non verbis in sermone argutari didicisse fullo facete dicitur.

1 enim *supplevi* hercle *CFWMueller* istaec *olim dedi* non aqua GH^1P noua qua (quasi *Vrbin.*) φ non aqua quasi *Hermannus* non aqua, ubi tute *Ritschelius* argutarier *Scaliger senarios dimensus* argutari ω 2 condepsis *Schneiderus* qui laues *Lachmannus* que leuas ω qua lauas *Bothius*

XI

Sí quisquam hodie praéterhac postícum nostrum pépulerit,
Pátibulo hoc ei cáput diffringam.

Nonius 217, 20 'posticam feminino genere consuetudine appellamus . . . Titinius neutro in Veliterna dici probat . . . idem Fullonibus: si . . . pepulerit.' Idem 366, 16 'patibulum sera qua ostia obcluduntur, quod hac remota ualuae pateant. Titinius Fullonibus: si' e. q. s.

1 *sq. trochaeos discripsit CFWMueller* quisquam φ *p.* 366 quis ω *p.* 217, *M* 366 et hodie $BGHL^2$ *p.* 366 hic hodie *Hermannus octonario iambico.* hocedie *Bergkius, fort. recte* praeterhac *Muellerus* praeter has ω *p.* 217 praeter hanc *p.* 366 2 et *G* diffringam *scripsi* (*cf. coroll.* LVI) defringam ω effringam *x*

XII

Perii hércle uero: Tíberi, nunc tecum óbsecro,

Digitized by Google

Vt míhi subuenias, né ego maialís fuam.

Nonius 111, 9 'fuam, sim uel fiam . . . Titinius Fullonia: peri' e. q. s.

1 perii *edd.* peri *ω* 2 ne] ut F^1L: *fort.* ni fuam *om.* FH quam L

XIII

. . formicae pól per similest rústicus. 34/5

Nonius 224, 23 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum. Titinius Fullonibus: formicae' e. q. s.

persimile est *ω*: *cf. ad Naevii v.* 60 rusticus homo *ω*, homo *del. Hermannus* (homo *initio vel huius vel sequentis senarii olim posui*)

XIV

supparum 35[1]

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum, quod et s]ubucula ap[pellabatur. Titinius i]n Fullonia ..... omne quod ..... [sup]parum.' Itaque de auctoris nomine non constat, nec verba omne quod decerni potest utrum grammatici sint an poetae.

GEMINA

I

Euérrite aedis, ábstergete aráneas.

Nonius 192, 11 'araneae et feminini sunt generis.' Idem 420, 7 'uerrere, mundare. Titinius Gemine uerrite' e. q. s. (gemin GW) Erum vel erilem filium ex itinere rediisse nuntiat servolus.

uerrite FH^1 *p.* 192 euertite G^1 *p.* 192 abstergite *ω p.* 420

II

satis ésse libram aiébant
Ambóbus farris. — 'Intritae ⟨mea⟩ plús comest sola úxor.

Nonius 81, 13 'comest pro comedit . . .'

1 satis esse libram aiebant *scripsi* libram agebant (aiebant *Aldina*) satis esse *ω* 2 faris *W* fratris F^1L intritae EH^2P intrite *W* intinritae F^1L in farris trite (farris *del. m.* 1) *H Cf. de* intrita *Donatus ad Ter. Phorm. II* 2, 4 comest *Vrbin., edd.* comes *φ* uxor *edd.* usor *ω* libram aiebant

Digitized by Google

Satis ésse ambobus intritae. — ⟨eho⟩ plus c. s. u. *olim dederam* líbram aiebant (aibant *x*) sat (satis *x*) esse a. f. triti: plus c. | sóla u. *x*, *Onions*

III

39/40 ⟨Nam⟩ pósquam factus ⟨és⟩ maritus, hánc domum
Abhórres, tuam etiam uxórem uideo paúciens.

Nonius 157, 16 'pauciens pro raro dici ueterum auctoritas docet.' Pauli Festus p. 220 M. 'pauciens dicebant pro raro. Titinius: uxorem p. u.'

1 *sq.* nam *et* es *suppl. Quicherat* posquam *Vrbin.* postquam *φ* hanc domum *Par.* 7577 hanc domo *φ* hac *vel* ab hac domo *olim dedi* p. maritus factus es, ab hac d. | Abh., tuam quoque etiam u. pauciens Videó *CFWMueller* 2 uideo pauciens *Neukirchius* paucies uideo *Nonius et Paulus*, *nisi quod* uidebo, *ut vid.*, *Pauli ψ*

IV

41[1] Tu fácis inique, quí uenire paúciens
Solés in urbem.

Nonius 157, 17 'pauciens ... Titinius Gemina [III] idem in eadem: tu' e. q. s.

1 tu facis inique qui *scripsi*. tus(tis H^1)ac iniqui *ω* tu sat inique (*sic Junius*) *Rothius* tu facis Iníque *CFWMueller* inique accusas *Kochius* in urbem paucies uenire (inuenire W^1) soles *ω*, *transposui*. paucies soles uenire in urbem *Bothius*. *Septenarios* set tú sat inique, qui enim in urbem pauciens uenire Solés *olim discripseram*. *Traditum verborum ordinem aliquatenus servare sic possis:* tu facis inique: in urbem pauciens Solés uenire.

V

Sí rus cum scortó constituit íre, clauis ílico
Abstrúdi iubeo, rústicae togái ne sit cópia.

Nonius 406, 20 'toga dicta est a tegendo, et est toga ... uestimentum ... dicitur et tectum. Titinius Gemina: si ... copia, id est tecti.' Defendit hanc interpretationem conl. tugurio al. Bue mus. Rhen. 39, 422: ego commodioris vestimenti usum marito ab uxore intercludi putabam.

1 situs *Ba* constituit *in iamb. sept. longa* u *metitur Solmsen stud.* 167 (*cf. Plauti Pseud.* 549) constituerit *Her-*

Digitized by Google

mannus, Lachmannus in Lucr. 277 (*iambis etiam* scortillo *sufficiat*) togai *Lachmannus* togae ω togae ei *edideram, sed cf. Leo Pl. F.* 327 copia *om. Ba* ábstrudi i. togae ne rusticae s. c. *Bue*

VI

Párasitos amóui, lenonum ⟨eum⟩ aédibus abstérrui, 45
Desuéui, ne quod ád cenam iret éxtra consiliúm meum.

Nonius 95, 1 'desueui illum pro desuefeci illum, id est, consuetudinem ei abstuli.'

1 nam parasitos *Lachmannus* parasitos ab eo *prop. CFW Mueller.* lenonum eum (*an* em?) *scripsi* lenonem ψ lenonest *Ba* leonem W^1 lenones *Ox.* lenonum *Lachmannus* absterrui ω eum absterrui *Lachmannus* deterrui *Bothius* proterrui *Hermannus. De longa in* aedibus *syllaba finali cf. corollarium trag. p.* XIV 2 ne *om. Ba* quod *EFH*^{1}*LMOP de quo dictum est in mus. Rhen.* 24, 485, *quamquam adversatur Bergkius symb. I* 75. quo φ quid *Aldina* irent *Vrbin.* 307 exiret F^1L *Trochaicum* désueui ne quo ad cenam iret *e. q. s. probat Maehly*

VII

⟨Cúr⟩ non exscrattís parasitum néc uestrum aspellís domo?

Nonius 495, 16 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . Titinius Veliterna . . . idem in Gemina: non exsecrat' e. q. s.

non] nomen *Hermannus* exscrattis, *h. e.* eicis *scripsi* (*cf. coroll.* LVII) exscratis *Ba Leid.* 116 execrastis *P* exsecratis φ exsecrat *Hermannus* uestrum *scripsi genetivum pluralem* uirum ω aspellis *scripsi* aspellit ω modo *Ba* nón pus exscreát parasitum néc uirum aspellít domo *Bue* uirum *intellegens venenum*

VIII

'Edepol hominis ⟨és⟩ ignaui fúnctus officium . . .

Nonius 497, 4 'accusatiuus positus pro ablatiuo.'

gnaui *Puteanus, unde* gnaui officium functus es *vel* functu's *conici posse dixi cor.* LVIII *An* officium functus?

Digitized by Google

IX

Nímium te patrócinari cénseo benígniter.

Nonius 510, 11 'benigniter pro benigne.' Priscianus 1010 P. 'seueriter pro seuere. Titinius in Prilia . . . idem blanditer, benigniter.' (Cf. XIV).

minimum *P* sentio *Mercerus*

X

Símul ut pueras hásce nocte súspirare créui . .

Priscianus p. 898 P. 'cerno creui . . . etiam cum pro uideo accipitur. Titinius in Gemina: simul . . . creui, pro uidi.'

hasce *scripsi* has ψ hac (s *m. alt.*) *Barb.* hac χ noctes *Ba* hás ego Súspirare *Hermannus* *Possis etiam* pueras Hac nócte *e. q. s.*

XI

. . . . . at uéstrorum aliquis núntiet

Géminae, ut res suás procuret, ét facessat aédibus.

Nonius 306, 29 'facessere significat recedere . . . Titinius Gemine: ad aliquis' e. q. s.

1 at *L? teste Onions, vulgo* ad φ: *an* agite? uestrorum aliquis *scripsi* aliquis (aliqꝺ *Ba*) uestrorum ω 2 *secundum Hermannum dedi* gemine (-ae) ut reo (*supra* o *erasa* s *H*) suas procuret aedibus facessat ω Geminae, res ut suas procuret, aedibus facessat *Bothius* at áliquis uestrum n. ut res s. p. | aedíbu' f., *del.* Geminae, *x*

XII

Longús sermo habétur, reuórtetur spíssa.

Nonius 392, 15 'spissum significat tarde . . .'

Baccheos agnovit Neukirchius

XIII

Múlier credo aduórsum illum res suás conqueritur . . .

Nonius 282, 20 'aduorsum rursum apud significat.'

Numeros perspexit Hermannus aduorsus *x* illam H^1

XIV

. . ergo ut sua séruet dona, nóbis faciundum ést ita,

Digitized by Google

Vt cúm ea primum blánditer ⟨nos⟩ cómparemus cónloqui.

Nonius 256, 14 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt .... Titinius Gemina: ergo' e. q. s. Idem 510, 6 'blanditer pro blande. Titinius Gemina [57].' Cf. Priscianus p. 1010 P. (ad fr. IX laudatus).

1 *inserto* salua *post* sua *expleatur octonarius* ergo *om.* W^1 seruet *Vrbin.* 307 seruat φ 2 ut cum ea ω *p.* 256, *Ba. p.* 510 ut cum da ψ *p.* 510 uerecunda *Palat. p.* 510 iucunda *ed.* 1526 blanditer primum ω *p.* 510 comparamus ω *p.* 510 colloquia (conl.) ω *p.* 256, *Palat. p.* 510

XV

Sín forma odio ⟨núnc⟩ sum, tandem ut móribus placeám uiro.

Nonius 406, 1 'tandem significat et tamen.'

sin forma *Lipsius* sinfonia H^2 si infonia *L* siunfonia, *corr.* symfonia, *W* sin (in *P*) foma φ si ínformis odió sum *Bue* *Versum etiam transponendo* sin odio sum forma *expleas: ceterum cf. coroll.* LVIII

XVI

Eu ecástor, si sitís moratae ambae íbus pro ut ego móribus.

Nonius 486, 15 'ibus pro his Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat. Titinius Gemina: eu aecastor' e. q. s. 'Plautus ... ibus denumerem stipendium.' (gemineaecastor Ba) Haec a viro pronuntiari non potuisse docet Varro apud Gellium XI 6.

eu aecastor ψ aecastor (*v. supra*) *Ba cf. Muellerus prosod. Plaut.* 723. sitis moratae *nunc scripsi.* moratae sitis (scitis *P*) ω ibu' pro ut ego moribus *Lachmannus in Luer.* 262, *tamen ut* ibus *pro pyrrichio dimetiretur* (prout *iam Hermannus*), *in quo merito ei adversatus est Spengelius ad Plauti Truc. I* 2, 14 ibus ut ego pro maioribus (maoribus *L* mauribus *Ba*) ω

HORTENSIVS

ín foro aut in cúria 60
Pósita potius quám rure apud te in claúsa .....

Digitized by Google

Charisius p. 115 P. 'rure Terentius itaque ... et Varro ... quem Plinius ad eundem undecimo rure ordinatum arbustum dixisse laudat. Sed et Terentium ... sed et Titinium in Hortensio: in foro' e. q. s.

2 in clausa *cod.* (*cf. Leo arch. lexicogr. lat.* X 488) inclusa *ed. pr.*

INSVBRA, quam olim Mommseno auctore Vlubranam perhibueram, extrema in fabularum ordine relicta est, ne versuum numerus turbaretur.

IVRISPERITA

I

Numquámne mihi licébit hodie dícere?

Schol. Veron. in Verg. Aen. II 670 'numquam omnes hodie. Sic in Bucolicis ... Plautus in Colace. Titinius in Iurisperita: numquamne' e. q. s.

II

Nunc ádeo uisam: rém magnam aibat uélle se mecúm loqui,
Et cómmode eccum exít.

Charisius p. 177 P. 'commode.'

1 adeo] *cf. Plauti Merc.* 829 rem magnam aiebat uelle sese *cod.*, *correxi.* rem magnam aiebat sese, *om.* uelle, *ed. pr.* uelle rem magnam aibat se *Hermannus Putschium secutus* 2 set *Jos. Bach in Studemundi stud.* II 414 commodo et cum *ed. pr.*

PRIVIGNA

Priscianus p. 659 P. 'hic et hoc sal . . . Afranius in Compitalibus: ut' e. q. s. (competalibus Sang. Grut. Barb.) anonymus Bern. in Hageni anal. Helv. p. 112, 4 et cod. Cusanus p. 103 Kl. 'Afranius: quicquid' e. q. s. Alcuinus gramm. p. 2091 P. 'hic et hoc sal. Cato . . . Africanus: quod loquitur sal merum est.'

ut quid *Grut.* Et v cq'd quød (*corr. m. alt.*) *Barb.* quod *Alcuinus* merust *Studemundus*

IV

⟨Ego⟩ sí non uerear, némo uereatúr tui.

Nonius 496, 25 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus: si' e. q. s.

uereare *Mercerus*

V

Praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

Nonius 39, 25 'pilare dictum est ut plumare, pilis uestiri. Afranius Compitalibus: praeterea' e. q. s.

corpus meum nunc *Vrbin.* 307: *poterat* corpus nunc meum *ordinari*

CONSOBRINI

Cf. *Ἀνεψιοί* Menandri. Nonius 557, 15 'consobrini ex duabus editi sororibus. De quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.'

I

Em istó parentum est uíta uilis líberis,
Vbi málunt metui quám uereri se áb suis.

Gellius XV 13, 3 'utor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt, ac dici utroqueuersus possunt: uereor

Digitized by Google

te et uereor abs te ... Afranius in Consobrinis: hem' e. q. s. 'hic uereri ex ea parte dictum est, quae est non usitatior.'

1 em *scripsi* hem ω uita uilis *Lipsius* uitabilis ω
2 ab] a *Germ. Lugd.*

II

Pol mágis istius témulentae fútilis

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — temeti — — temulentum — temulentas — Afranius in Consobrinis: pol' e. q. s.

III

Scis hábitum ita ut nunc óbtinet. — Praefíscine!

Charisius p. 189 P. 'praefiscine Afranius in Consobrinis: scis' e. q. s. 'per e, non per i.' (afrā cod.)

IV

cúm mitris calaúticis

Schol. Bobiens. in Cic. p. 336 Or. 'calautica] ornamenti genus, quo feminae capita uelabant, hoc nomine ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: cum mitris calauticis. Impudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur.' Cf. CGl. II 95 G. 'cacautica, *εἶδος ζώνης*' (calautica Vulcanius) Hildebrandus gloss. Par. p. 241.

V

Nón sum apud me. — Hem léntus lente quaé rogabo ...

Charisius p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis: non' e. q. s.

Responsi signum ℟ *extat in cod.* hem *scripsi* em *cod.* lenteque *cod.* lenteque te *ed. pr.* lente te *Bothius* *Additum fortasse fuit* dic mihi

VI

. . . . . uaha, retinét nunc linguam mórdicus.

Charisius p. 184 P. 'mordicus Afranius in Consobrinis: uaha' e. q. s.

uaha *fort. in extremo versu collocatum fuit:* uah *Plautum et Terentium usurpavisse docet P. Richter in Studemundi stud.* I 636 nunc *cod.* homo *ed. pr.*

Digitized by Google

CRIMEN

De comoedia p. LVIII W. 'omnium autem comoediarum inscripta ex quatuor rebus omnino sumuntur: nomine loco facto euentu. . . . euentu ut Commorientes, Crimen, Heautontimorumenos.'

I

. . . . . órbitatem tuaé senectutí malam
Metuí, quod in solúm non uenit caéco ac dementí tibi.

Nonius 124, 17 'insolum, insolitum.' Ineptit: cf. v. 342 Varro sat. fr. 90 B. (p. 117 R.) Cicero de nat. deorum I 23, 65 ad fam. IX 26, 2.

1 tuae senectuti *Bothius* senectuti tuae *ω* 2 in solum *Mercerus* insolum *antea* dementi tibi *Bentleius* demetibi (adme tibi F^1) *ω*

II

Quós inpune dépopulatur déspoliatur dédecus

Nonius 480, 12 'spolor pro spolior. Afranius Crimine: quos' e. q. s. 'Quadrigarius annali: ita per sexennium . . . agrum Campanum . . . expolabatur.' (spolabatur Ba expoliabatur H^1 expolabatur *φ* expoliabantur Junius)

despoliatur (*del.* et) *Bothius* et dispolatur *ω*, *sed nugatur Nonius: cf. Turpil.* 149 *cum coroll.* XXXVII *sq.* et dispoliatur *ed. a.* 1471, *cf. Prisc.* 796 *P.*

III

Haéc ieiuna iéientauit.

Nonius 126, 13 'ieientare. Afranius **** Buccone adoptato . . . Afranius Crimine: haec i. i.'

haec] *an* nec? ientauit EH^2W

DEDITIO

. . . . . quía quadrati súnt sagi.

Charisius p. 81 P. 'sagum neutro genere dicitur. sed Afranius in Deditione masculine dixit: quia q. s. s.' CGL V 591 K. 'sagus, gen. masc., ut Afranius: quia q. s. s.'

quia *anon., non prorsus certum in Charisii cod.* quod *ed. pr.* quadratis sagi *anon. Monac.*

Digitized by Google

DEPOSITVM

Cf. *Παραταθήκη* Menandri et aliorum.

dí sunt iratí tibi,
Qui cónciere cógites tantúm mali.

Nonius 90, 10 'conciere, cum perturbatione conmouere . . . Afranius Deposito: di' e. q. s.

1 *An* sint? 2 cogitas *Vrbin.* 307

DIVORTIVM

Argumentum quale sit apparet maxime ex fr. I et IV. Noverca odiosa notatur fr. VI, cum fastidio memorantur cognati humiles fr. V, contra laudatur benigna et prudens materni animi mulier fr. VII. Praeterea meretriculae mores agnoscas fr. VIII: de exponendo partu dicitur fr. IX. Magnas turbas rerumque vicissitudines produnt fr. X et XI.

I

qui conére noctu clánculum
Rus íre, dotem né retro mittás, uafer,
Honéste ut latites ét nos ludas diútius.

Nonius 20, 1 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum . . . Afranius Diuortio: qui' e. q. s.

2 rus ire *Gulielmius* brusire (bursire *Vrbin.* 307) *ω* retro mittas *scripsi* remittat F^1L repromittat (*puncto supra ult. litt. H*) *φ* repromittas *Gulielmius* 3 inhoneste *Onions* non est *x* ludas F^3H^1 laudas *φ*

II

Cum téstamento pátria partissét bona

Nonius 475, 20 'partiret pro partiretur.'

partis et *Ba* partis sed *P* partiret *x*

III

Quod uúlt diserte páctum, haut dictum . . .

Nonius 509, 22 'diserte et consuetudine dicitur et Afranio auctore in Diuortio: quod' e. q. s.

haut *scripsi* aut *ω* *Supplendum esse e. c.* temeriter *conicio*

Digitized by Google

IV

O dígnum facinus! ádulescentis óptumas
Bene cónuenientes, ⟨béne⟩ concordes cúm uiris
Repénte uiduas fáctas spurcitiá patris!

Nonius 394, 1 'spurcum, saeuum uel sanguinarium . ? . . Afranius Fratriis . . . idem Diuortio: o dignum' e. q. s.

1 o indignum *Delrio* 2 concordesque *Junius* et concordes *Bothius* concordantes *x* uiris *Muretus* uires *ω*, *ut fortasse* uireis *scriptum extiterit* 3 factas *W? Guietus* facias *ψ*

V

plebeiúm genus,
Cognátiones mórborum cognómines

Nonius 87, 21 'cognomines' (sic F^2 ut vid. cognomen est *φ*) 'eiusdem nominis.'

1 plebeium *conieci* laetium *Ba* letium *φ* leti omne *Lipsius* letum, *i. e.* letorum *Hermannus* letum enim *Bothius* blíteum *Onions* leti *olim probabam* 2 cognominationis morborum cognominis *ω*: *cf. coroll.* LXVI cognationis morborum est cognomine *Hermannus* létum genus cognátionis morborum cognóminis *Bue sententia difficili*

VI

Muliér, nouercae nómen huc adde ímpium,
Spurcá gingiuast, gánnit hau dicí potest —

Nonius 393, 25 'spurcum, saeuum uel sanguinarium.'

2 *Non plane absoluta sententia facile tamen suppletur, e. c.* quam odiose spurca gingiuestigia (uestigi *Gen.* H^1 uestiga L^1) aut (ut *B*) dici *ω*, *ubi* gingiua *Junius*, haud *ed. a.* 1480 spurcá magis gigni béstia (*vel* bestia aút gigni) aut dici haú potest *C F W Muellerus* spurca magis bestia hau d. aut fingi p. *Bue mus. Rhen.* 29, 199

VII

Quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
Quam blánde, quam matérno uisast péctore —!

Nonius 515, 30 'perspicace.' Idem 513, 19 'perspicace pro perspicaciter. Afranius Diuortio [59].'

Digitized by Google

1 perspicate H^1 *p.* 515 perspice W^1 *p.* 513 2 uiast *Ba* uias (*an* uisa's?) *φ* uiuis *Junius* *Deest verbum*

VIII

Vigiláns ac sollers, sícca sana sóbria:
Vitósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi
Qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

Nonius 21, 34 'uirosae mulieres dicuntur uirorum appetentes uel luxuriosae. Lucilius satyrarum lib. VII: dixi. ad principium uenio. uetulam atque uirosam Vxorem caedam potius quam castrem egomet me. Afranius Diuortio: uigilans' e. q. s.

2 uinosa *Juntina* et si sim *Stephanus, fort. recte* desint *Quicherat*

IX

Ecpónitor, uorrúncent cum syrmá simul.

Nonius 185, 28 'uerruncent, id est uertant . . . Afranius Diuortio: et ponito' e. q. s. Luditur in verbo 'uorruncent', quasi dictum sit de verrendo.

ecponitor, uorruncent *scripsi* et ponito auorruncent *ω*

X

65 Dispérii, perturbáta sum, iam fláccet fortitúdo.

Nonius 110, 13 'flaccet, languet, deficit . . . Afranius Diuortio: disperii' e. q. s.

sunt *L*

XI

'O diem scelerósum, indignum!

Nonius 174, 29 'scelerosi pro scelerati . . . Afranius Diuortio: o diem s. i.'

XII

Immo ólli mitem fáxo faciant fústibus.

Nonius 343, 22 'mitis est tranquillus et lenis . . . mitis est maturus . . . Afranius Diuortio: immo' e. q. s.

illi mitem G^2H^1 illi molitem BG^1 illi limitem H^2W limitem *L* paxo BG^1L faciant *om. B*

Digitized by Google

XIII

⟨Clam⟩ nóbis dictes, quaéso, ne ille indaúdiat.

Nonius 126, 25 'inaudire, audire .... Afranius Diuortio: nouis' e. q. s.

ita *suppl. x* nobis *Lipsius* nouis *ω* dictes *Lipsius* dictis *ψ*, *om. L* dicatis *Neukirchius* ne bis dicatis *Bue* indaudiat *scripsi* inaudiat id *voce* id *compuncta L* inaudiat *φ*

EMANCIPATVS

I

nudiustértius

Tute áduenisti? — Quám diluculo.

Charisius p. 185 P. 'nudiustertius ... Afranius in Emancipato: n. t. t. a. Significat autem: nunc est dies tertius.' Idem p. 192 P. 'quam diluculo.'

2 quom (*i. e.* cum) diluculo *contra Charisii testimonium x, qui in exitu illa versus post unius trochaei lacunam poni voluit* (*respondens e. c.* sane *praemittere poterat*) núdiust. t. a.? quam diluculo? *Bue*

II

.... quod héri ualetudo óbstetit.

Charisius 180 P. 'heri ... quidam here putant dici debere. here quamdiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato: quod heri ualetudo, inquit, obstitit.'

obstetit *cod.*

III

post narráuero,

Nunc ést distentus ánimus ut negótiis,

Porro aútem propero.

Charisius p. 190 P. 'porro pro in futurum ... Afranius in Emancipato: post' e. q. s.

2 ut *cod.*: *conici* tot *possit*

IV

pauló prius

Hinc ábiit.

Digitized by Google

Charisius p. 191 P. 'paulo prius Afranius in Emancipato: paulo' e. q. s. 'nos paulo ante dicimus.'

1 *sq.* paúlo p. h. a. *trochaei praeplacebant Studemundo*

V

⟨Síc⟩ sollicito córde corpus nón potitur núnc quie.

Priscianus p. 703 P. 'quies quietis. Vetustissimi tamen hoc quoque secundum supra dictam proferebant declinationem. Afranius in Emancipato: sollicito' e. q. s. Anon. Bern. in Hageni anal. Helv. 132, 33 'uetustissimi quies quiei secundum quintam declinationem proferebant, unde Afranius dixit: sollicito . . . quie.'

potitur (tur *in ras.*) *Halb.* nunc *del. Bothius, ut senarius fiat*

VI

Cur nímium adpetimus? — Némini nimiúm bene est.

Charisius p. 185 P. 'nimium.'

adpetimus. ꝛ *cod.*

VII

. . ne tu summátim rationém putes.

Charisius p. 194 P. 'summatim.'

rationem *Fruterius* ratio *cod.* putas *Fabricius, Fleckeisenus Philol. II* 65

VIII

Maló pudenter métientem

Charisius p. 190 P. 'pudenter . . . Afranius Emancipato: malo p. m.'

mentientem *Fabricius, fortasse recte*

IX

Idcírco haec agere técum secreto ínstiti.

Charisius p. 196 P. 'secreto.' (afrā cod.)

h̄ (*i. e.* haec) *cod.*

X

Vt sínt repentino ápparandae núptiae.

Charisius p. 193 P. 'repentino, pro repente . . . Afranius in Emancipato: ut' e. q. s.

Digitized by Google

XI

Deós ego omnis út fortunassínt precor.

Nonius 109, 17 'fortunare est prosperare et omnibus bonis augere . . . Afranius Emancipato: deos' e. q. s.

fortuna sint *W*

XII

Princípium hoc oro in ánimo ut sic statuás tuo,
⟨Me⟩ offíciis cogi ut ábs te seorsus séntiam
De uxória re.

Charisius p. 195 P. 'seorsus.'

1 principio *Fruterius* ut sic statuas tuo *Bothius* ut sistuo sta . . . s *cod.* ut sic tuo statuas *ed. pr.* 2 me *addidit Maehly, om. cod.*

XIII

Quam lénte tractat me átque inludit! . . .

Charisius p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis [V] idem in Emancipato: quam' e. q. s.

XIV

Idem és qui semper, ídque ut rite intéllegas
Te fácere

Charisius p. 193 P. 'rite.'

XV

. . . . te fácere conpecto ómnia

Charisius p. 177 P. 'conpecto.' (conpacto excerpta Bern.) Fortasse fr. XIV et XV cohaerebant.

conpecto *cod.*

XVI

Viden út facunde cóntra causarís patrem?

Nonius 89, 9 'causari, causam dicere uel defendere . . . Afranius Emancipato: uidet' e. q. s.

uiden ut *scripsi* (*an* uideo?) uidet *ω* uide ut *Bentinus* iudex *Bue* (*nec* uindex *longius aberat*) lepide et *Bergkius* (*an* callide *in septen. mutilo?*) causeris *Junius*

Digitized by Google

XVII

Sic ést orator, sí quod oretúr, tulit.

Festus p. 182 M. 'oratores — — — alias pro deprecatoribus, ut Terentius: orator uenio, facite exorator siem. Item et Afranius in Emancipato: sic est orator, si qui oritur .... alias' e. q. s.

oretur, tulit *scripsi* oritur tale *cod.*

XVIII

Vetuít me sine mercéde prosum Paúsias
Remeáre in ludum.

Festus p. 277 M. 'remeare redire — — Afranius ut in ea mancipato: uetuit' e. q. s.

1 prosum uetuit *coniunge* Pausias *scripsi, nam Graecis nominibus usus est Afranius v.* 136. 189, Thaide *in cognomine fabula.* paucius *cod.* Paccius *Scaliger*

XIX

Hém quid ais? — Mane, Sérui, quaeso, nísi molestum est, paúca sunt
Técum quae uolo.

Charisius p. 214 P. 'hem.'

1 serua *ed. pr.*

XX

au, quíd me censes, óbsecro?
Nón audisti?

Charisius p. 214 P. 'au; Afranius in Emancipato [XXIV] idem in eadem: au quid' e. q. s.

1 *sq.* obsecro *respondenti tribuit Hermannus, sed cf. coroll.* LXVI *sq.*

XXI

Optándum uxorem, quaé non uereatúr uiri.

Nonius 496, 28 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus

Digitized by Google

[IV] idem Simulante [II] et in Emancipato: optandum' e. q. s. (eamancipato H^1L^1W: an ecmancipato?)

XXII

⟨O⟩ quám beatae scénicae mihí uidentur múlieres,
Quae iúrgio terrént uiros desúbito et beniuoléntia

Nonius 517, 17 'desubito .... Afranius Emancipato: quam' e. q. s.

1 scentae *L* scente *Ba* scentce *Par. C* mihi uidentur *Brugmanus p.* 19 uidentur mihi *ω* 2 terrent (*vel* torquent) uiros desubito et beniuolentia *x*: mulcent *sententiam explevisse puto.* et beniuolentia terrent (fient *Palat.*) desubito uiros *ω* et desubito beniuolentia terrent uiros *olim dederam caesurae legitimae defectum polysyllabo excusans.* iurgio uiolentiaque terrent desubito uiros *Passeratius* quám beatae s. Vidéntur mulierés mihi, quae iúrgio Et béniuolentia úrunt desubitó uiros *Bue*

XXIII

'O! — Quid clamas?

Charisius p. 214 P. 'o dolentis est, ut ... Afranius in Emancipato: o! quid clamas?'

Possunt etiam ex medio versu sumpta esse

XXIV

Au, mí homo! immo edepol uós supremum meúm
concelebretís diem.

Charisius p. 214 P. 'au.'

mi homo *ed. pr.* m^{1}omo *cod.* *Inter duas personas sic distribuenda et corrigenda esse* au, mí homo. ⟦ immo edepol uos, s. m. concelebrantis diem *Bergkius censebat. Exclamationis sensum, ad quem sequentia necessario pertinent, Terentius adelph.* 336 *declarat*

EPISTVLA

Supparo indutus (XII), id est puellam mentiens (XIV) adulescens in amatae domum irrepsit, ubi sero nescio quibus turbis intercedentibus agnoscitur a matre irata. Id enim narrat filia fr. XV.

Digitized by Google

I

quís tu es uentoso ín loco

Soleátus, intempésta noctu súb Ioue

Apérto capite, sílices cum findát gelus?

Nonius 207, 32 'gelu ... masculini Afranius Epistula: quis' e. q. s.

2 nocte F^1, *Junius*: *de* noctu *forma disseruit Bergkius symb. I p.* 79 sub Ioue *scripsi* (*cf. coroll.* LXVII *sq.*) sub diuo *ω* sub niue *Lachmannus* sub dio *Mercerus* sub diu *defendit Bue mus. Rhen.* 20, 432 *et* 41, 312 subdius *Bergkius* 3 findit *Quicheratius*

II

. cómissatum prótenis rectá domum

Digrédimur.

Nonius 376, 6 'protinus ubicumque lectum est, contra usum intellectus communis, quo statim significare creditur, positum inuenitur, ut sit protinus porro ac sine intermissione, continuo, quod iunctum tenus eius significantiam confirmat aduerbii ... et quoniam non nulli ueterum pro eo, quod protinus est, protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Afranius Epistola: comissatum' e. q. s.

1 *sq. redii ad librorum memoriam, auctore Ritschelio opusc.* II 245 *sic* ⟨índe⟩ com. p. r. digredimur domum *transposueram*; *nec refragor, si quis ut Bue septenarium iamb. continuare mauult* protenus G^1 protinus W^1

III

Huc uénit fugiens ténebrionem Tírrium.

Nonius 19, 3 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia .... Afranius Epistula: huc' e. q. s.

tenebrionem *edd.* tenebrione *ω* Tirrium: *nomen firmat tit. Praen. in ephem. epigr.* I 20 *n.* 53 tyrrium *P* Thurium *Guietus*

IV

Itaque ádeo extundo: ex ófficio datur míhi custodiéndus.

Digitized by Google

Nonius 102, 15 'extundere est extorquere uel inuenire.'

1 *sq. Septenarium iambicum commendavit A. Luchs stud.* I 69 itaque adeo: *cf. Ter. hec.* 201 atque adeo *Aldus* exficio F^2L, *quod* exfaecio *interpretabar.* exfacio F^1 mandatur *in senario x* ídque ab eo extundo: éx officio míhi datur custódiendus *Bue*

V

Hunc Tírrium autem mária Tyria cónciet

Festus p. 355 M. 'Tyria maria in prouerbium deductum est; quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Afranius in Epistola: hunc' e. q. s.

Tirrium *scripsi ut v.* 109. serrium *cod.*, *Serranum interpretans servari suadet Bue* ferreum *Lipsius* Seruium *vel* seruulum *Bothius* *Sententiam e. c.* ut opprimat *concludere poterat*

VI

Ita íntricauit húius hanc rem témeritas.

Nonius 8, 28 'tricae sunt inpedimenta et inplicationes: et intricare inpedire, morari .... Afranius Epistula: ita' e. q. s.

intricauit, *suprascr.* t impediuit *Ba* hanc *om. W*

VII

púlchre hoc incendí rogum.

Ardét, tenetur: hóc sepulcro sépeliet 115

Nonius 221, 23 'rogus ... neutri Afranius Epistula pulchre' e. q. s.

2 hic se pulchre *Neukirchius* *Nescio an* sepulcrum *praestet* sepe (saepe) licet H^2W sepelietur *Aldina* sepeliar *Guietus* sepelietur: ilicet *Onions*

VIII

Nám proba et pudíca quod sum, cónsulo et parcó mihi,
Quóniam comparátum est, uno ut símus contentaé uiro.

Nonius 256, 25 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ..... Afranius Epistola: nam' e. q. s.

2 quom, *in mg.* quoniam, *H*

Digitized by Google

IX

. . . . nón licet me quá contendi sémita
Péruenire.

Nonius 260, 15 'contendit proripuit uel direxit significat .... Afranius Epistola: non' e. q. s.

1 contendi *Gulielmius* contendis *ω* nón licet me qua contendi péruenire sémita *Bue*, *item*, *nisi quod* peruenire qua contendi, *x*

X

Iactábit sese. — Iáctet. — Mihi erit trístior.

X. XI Nonius 410, 1 'tristis, iratus. Afranius Epistola: iactauit . . . tristior, id est iratior. idem in eadem: idem natura t. p.'

iactabit *Passeratius* iactauit *ψ* iactat L^1

XI

Idém natura trístiori paúlulo

id est *GHL*: *an* is est? paulato G^1H^1

XII

tace!

Puélla non sum, súpparo si indúta sum?

Nonius 540, 13 'supparum est linteum femorale' (immo 'femineum') 'usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat ... Afranius Epistula: tace' e. q. s. Festus p. 310 M. 'supparus ..... uestimèn — —' Paulus p. 311 M. 'supparus uestimentum puellare lineum, quod et subucula, id est camisia, dicitur. Afranius: puella' e. q. s. Schol. Bern. B Lucani II 364 p. 72 U. 'supparum est uestimentum puellare lineum. quod et subucula ·i· camisia dicitur. Afranius: puella non sumus. est autem uestis quae restringit umeros, ne repugnet puella.' (scr. 'ne repugnent papillae').

1 te H^1P *Trochaei* .'. tace! puélla *e. q. s. Studemundo placebant*

XIII

Quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo,
Tamén fefelli.

Digitized by Google

Nonius 482, 9 'sic et callet illam rem pro illa re ... Afranius Epistula: quamquam' e. q. s. (Afranius Epistula om. Bamb.)

1 ista haec *L W* ista *P* 2 tamen non fefelli *ω*: non *delevi, nisi tamen latet in eo vel* uos *vel ut Bue coniecit* hunc. tam non fefellit *Bothius*

XIV

. . . succrotílla uoce sério

Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba ..... Titinnius — [Afra]nius in episto ..... tilla uoce serio.'

XV

Ego mísera risu clándestino rúmpier,
Torpére mater, ámens ira féruere.

Nonius 382, 20 'rumpere, defetigare ... Afranius in Epistola [127].' Idem 503, 14 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit spernere.'

1 misera risu $H^2 L W$ miser risu $G^2 H^1$ miseri su G^1 miseri sub *B* miseri sum P^1 *p.* 382 miso (misso *P*) *ω p.* 503 rumpie *Ba H L p.* 503 2 torpere *Scheglkius* torfere *ω* torqueri *Quicheratius* turgere *Bue, quod commendatur Plauti Most.* 699 *Casin.* 325 amens ira *Mercerus* amenstrua *Ba* amens tra *φ*

XVI

Me auctóre, mater, ábstinebis. — Quíd nisi?

Festus p. 257 M. 'quid nisi usurpauisse antiquos testis est Afranius in Epistula: me' e. q. s.

quod nisi *cod.* quid nisi *alteri personae tribuit Bothius*

XVII

Amáre, habere púerum depositúm foris

Nonius 279, 12 'deponere est commendare ... Afranius Epistola: amare' e. q. s.

habere *om. B*

XVIII

⟨uento per⟩culsám ratem

Digitized by Google

Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agan[tur, quo quidem uocabulo] interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula ..... culsam ratem.' Supplevit Scaliger.

XIX

⟨di te sóspitem⟩ seruént tuis.

Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum. sic] Afranius in Ep[istula: di te sospitem] seruent tuis.' Supplevit Scaliger.

EXCEPTVS

Excerpvs ex mari a piscatore (IV—VIII) fortasse amoris miseriis ad consilium mortem sibi contrahendi adactus fuerat Potest autem amica eius fuisse Moschis, de qua I—III, quaeque, ut reconciliaret desperantem, quasi de mortuo viro lamentari subauscultante eodem simulaverit (X—XII).

I

Meretrix cum ueste lónga? — Peregrino ín loco
Solént tutandi caúsa sese súmere.

Nonius 541, 10 'meretrices apud ueteres subcinctiore ueste utebantur.' Cf. Varronis sat. 302 B.

1 *Personas distinxit Bothius* 2 solant *P* causas ẽ *Ba* causa sese *** *P*

II

135 Consímili grassantúr uia, quibus híc est omnis cúltus

Nonius 316, 9 'grassari etiam dicimus ambulare ... Afranius Excepto: consimili' e. q. s.

grassatur *B* uia a quibus H^3LW (*notabili ablativi* uiaa *scriptura*) hic *supra add. L*

III

Vbi híce Moschis, quaéso, habet, meretrix Neapolítis?

Nonius 318, 2 'habere rursus habitare ... Afranius Excepto: ubi' e. q. s.

hice *Bergkius* hic *ω* moscis *ψ* morcis G^1 meretrix *ed. a.* 1471 meletrix *ω*

Digitized by Google

IV

'Abi tu: appellant húc ad molem nóstram nauiculam . .

Nonius 238, 24 'appellare est applicare.' Sed fugit Nonium coniunctivum modum esse: appellere Quicheratius.

Numeros perspexit Hermannus ultimam tamen vocem nauculam *pronuntiari iubens Suppleri posse* iube *monet Bue: sed obviam alia quoque sunt, e. c.* interim. *Cf. coroll.* LXVIII

V

Tum ínteribi locí conscendo cúmbam piscatóriam,
. . . . uénio, iacitur ánchora, inhibent léniter.

Nonius 535, 30 'cumba. Afranius Excepta: tum' e. q. s.

1 tum conscendo (conscendam *Ba*) cumbam interibi luci (interitus lucilius *P*) *ω*, *quae correxi*: loci *J. Fr. Gronovius* 2 ueno *P* uento *videtur scribendum esse, primam dipodiam e. c.* mox silente *explere poterat.* inuenio *Junii margo* leniter *Bothius* leuiter *ω*

VI

Proficíscor: res tempús locus, simul ótium hortabátur,
Vt óperatum illum dégerem sanctúm diem Diánae.

VI. VIII Nonius 523, 13 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare uel conuiuari . . . Afranius Excepto: proficiscor' e. q. s. 'idem in eadem [VIII]'

1 *sq. numeros agnovit Bothius* templum *P* semul L^1 2 operatum *ψ* operatam H^2 operam H^1P operata *Bue* operans *Quicheratius* illum dianae (diane *L*) digerem (degerem H^2L dierem *Ba*) sanctum diem *ω*, *qui ordo servari potest si septenarium trochaicum iambico sic adiungere non dubitabis* (*cf. coroll.* LXVII) illum degerem sanctum diem Dianae *Bothius*

VII

Conchás echinos, óstreas marínas . . . .

Nonius 216, 11 'ostrea generis feminini . . . Afranius Excepto: concas' e. q. s.

quod *praem.* H^1

Digitized by Google

VIII

Iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoueri: sóluo
Operám Dianae.

Vide VI.

1 *In dispescendis versibus Studemundum secutus sum: post* tolli *versum priorem finiveram* locari *Ba* 2 opera Diane *Ba*

IX

145/6 Fít opus luculéntum hocedie: ⟨uíctus⟩ herbam
dét . .

Nonius 317, 19 'herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt .... Afranius Excepto: fit' e. q. s. Cf. Varro apud Servium Aen. VIII 128, Pauli Festus s. v. 'herbam do' p. 99 M. Plinius n. h. XXII 4, 4, Placidus s. v. 'herbam dedit' CGL V 73, 20 G.

hocedie *Bergkius symb.* I 87 *tetrametrum creticum catal. dimensus.* hoc dici *ω* hoc die *Hermannus* hoc uici *Passeratius.* hoc diei *vel* hoc: dic ei *conieceram Ante* herbam *rasura in W Vel* uolo *vel* iube *addi licet Baccheos olim discripseram: item recepta Passeratii coniectura x*

X

De uíta ac morte dómini fabulábere
Aduórsum fratrem illíus ac dominúm suum — ?

Nonius 232, 25 'aduorsum rursum apud significat .... Afranius Excepto: de' e. q. s.

1 deuito H^1 diuita L^1 fabulabere *Bothius* fabulauere (fabulare H^1) *ω* fabulauerit *Neukirchius* 2 *et bis memoratus* dominus *molestus et* suum *quo referatur obscurum.* tuum *Bothius*

XI

. . si ille haec nunc séntit, facere illí satis
150 Vis, quánta illius mórs sit maceriés tibi?

Nonius 138, 13 'maceries' ('maceries maceratio' mg. HW 'Afranius Excepto: si' e. q. s

Digitized by Google

1 illaec *Fruterius* nunc] *an* non? facere uis illi satis *senarium concludens Bothius* 2 fiet *idem*

XII

Quod uítae studium aut quód praesidium in pósterum
Mihi súpponebas, mé cum priuarés tui?

Nonius 498, 15 'genetiuus pro ablatiuo ... Afranius Excepto: quod' e. q. s.

2 priuares *scripsi* priuis *ω* priuasti *Mercerus*, *fort. recte* (*sed cf. coroll.* LXIX) priuaris *Quicheratius* tuis *Ba*

XIII

Audíte, pueri, paúca: uos succédite.

Nonius 403, 20 'succedere, ingredi ... Afranius Excepto: audite' e. q. s.

XIV

Et iám depellis míhi manum pa⟨térnam⟩ per-
palaéstricos.

Nonius 154, 12 'palaestricos, quasi ex usu palaestrae.'

et iam *separatim scripsi*, *sed fortasse* em iam *verius* paternam perpalaestricos *conieci* paper alestricos *L* pape palestrios *H* pape palestricos *EF*^{3} perpalestricos *F*^{1} paper palestricos *W* papae palaestricos *Junius* pater palaestricos *Mercerus* palaestricos *in senario Bothius* *Laudat adulescens callidum servum, qui poenam iramque paternam a se avertat* (*cf. coroll.* LXIX)

XV

Atque ádeo nolo núdo petiolo éxeas. 155

Nonius 160, 16 'petiolus, a pede diminutiue. Afranius Excepto: atque ... petiolo es pus. petigo ... porrigo ...' Fortasse quaedam ad 'pus' pertinentia librariorum turbis in nostrum locum irrepserunt.

exeas *conieci*, *sed incerta omnia.* es pus *ω* esse plus *Bothius* ire rus *Neukirchius* est opus *Guietus* hospites *Kochius* asperos (Transíre silices *s.* scopulos) *vel* asperas (Viás percurrere) *olim temptabam*; aes petas, *scil. mendicans*, *Bue*

Digitized by Google

FRATRIAE

I

Formósa uirgo est: dótis dimidiúm uocant
Istí, qui dotis néglegunt uxórias:
Praetérea fortis.

Nonius 306, 17 'fortis rursum formosa. Plautus Milite ... fortis etiam diues ... Afranius Fratris: formosa' e. q. s.

1 midium *BGH*

II

Dat rústico nescío cui, uicinó suo
Perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

Nonius 280, 25 'dicere etiam promittere ... Afranius in Vopisco [VII] idem Fratris: dat' e. q. s.

1 dat *Bothius* da *ω* det *Lipsius*

III

Pistóri nubat? cúr non scriblitário,
Vt míttat fratris fílio lucúntulos?

Nonius 131, 27 'lucuns ... Afranius Fratris: pistori' e. q. s.

1 nubat *W mg.*, *Lipsius* nouat *in litura*, *cum ante fuisset* uocat, *W* nouat (nouit *Vrbin.* 307) *φ* *Interpungendum post* nubat *et* scriblitarium *a* pistore *discernendum esse intellexit Neukirchius* scriblitario *tuetur Ritschelius nov. exc. Plaut. I* 118. scribilitario $H^2 P W$ (*cf. Petronii c.* 35. 66) scribitario $E F H^1 L$ 2 lucuntulos *Bue* (*cf. Titin.* 166 *CGl.* III 316, 1 *G.*) lucunculos *Lipsius* liculentulentulus $F^1 L$ luculentulus $E H P^2 W^2$ lucuentulus F^2 luculentus lus P^1 luculentus W^1

IV

Septémbris heri Kaléndae, hodie ater ést dies.

Nonius 73, 32 'atri dies dicuntur, quos nunc nefastos uel posteros uocant. Afranius Fratris: Septembris' e. q. s.

erant *inserit in sept. troch. Onions* here *Lachmannus in Lucr.* 388: *cf. Ritschelius opusc. II* 255 atri $F^2 H^1$ altri $F^1 L^2$ aliter L^1 est *Onions* e P^1, *om. φ* hodiest *vel* hocedie *olim conieceram*: *hiatum tuebatur Lachmannus*

Digitized by Google

V

Cómmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam
ímprobi.

Nonius 393, 32 'spurcum, saeuum uel sanguinarium ... Afranius Fratris: commemorabo' e. q. s.

furta *x* spurcitiam *Junius* spurcitia *ω*

VI

retinébitur 165

Viri hác uoluntate única probábili,
Praegnátem quod non éxigat.

Nonius 291, 2 'exigere est excludere ... Afranius Fratris: retinebitur' e. q. s.

2 uiri hac *scripsi* uir ut *ω* uiri haec *Bothius* uiri ex *Neukirchius* unica *Fruterius* una *ω* unice *x* 3 pregnantem BH^1 quo *x* *Integri senarii duo* retinébitur uirí uoluntate última Probábili, praegnátem quod n. e. *Buechelero videntur, eosdemque numeros Bothius probaverat*

VII

. . nunc uide hóc quo pacto ego aúrum in medium
próferam.
Tú, †Castalia, cógita, tu fínge fabricare út libet.

Nonius 309, 16 'fingere, simulare mendacium. Afranius Fratris: nunc' e. q. s. Cf. Plauti Asin. 102.

1 non BGH^1 hoc *om. B* ego *Fruterius* eo *ω* 2 Castalia *nomen cum per se rarum tum in togata suspectum, sed quod confidenter eius loco reponas non suppetit, quamquam non pauca sunt obviam: e. c.* Caecilia Caltilia Cartilia Caruilia Catulla catilla catulastra; cata illuc *x*, consulta *Bue mus. Rhen.* 29, 200 *coniecit* ut *ed.* 1471 uti *ω*

VIII

. . . . nullám profecto accéssi ad aram, quín deos 170
Supplíciis sumptu uótis donis précibus plorans óbsecrans
Nequíquam defetígarem.

Digitized by Google

Nonius 398, 20 'supplicium rursus supplicatio ... Afranius Fratres: nullam' e. q. s.

2 uotis *Scaliger* uatis ω

IX

. . id aurum mé condonat lítteris.

Nonius 497, 29 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo .... Afranius Vopisco [XXIV] idem Fratris: id' e. q. s.

X

. . . . sperátam non odí tuam.

X. XI Nonius 175, 1 'speratum, id est sponsum' ('speratam ... sponsam' Scaliger) 'Afranius Fratris [XI] idem in eadem: speratam n. o. t.'

speratum F^1 odit H^1

XI

175 curre, núntia
Veníre et mecum ⟨mé⟩ speratum addúcere:
.Vide út puellam cúrent, conforménte probe.

1 curre et ω, *delendum* et *vidit Kiesslingius*: *cf. coroll.* LXIX ecnuntia *x* 2 me *x*, *om.* ω, *ante* et *add. Lipsius. ipse* meam *ante* speratam *inseruerat* (*cf. Ritschelii opusc. III* 190) adducere EH^1 adduce φ adduce speratam meam *Scaliger* 3 inde *conieceram* ut *Lipsius* at H^2W ad EFH^1L uideant *Onions* confirment *ed. a.* 1476 probe *Studemundus* iube ω

XII

Nón potest quin ílla stacta lónge quacumque ís olat.

Nonius 147, 1 'olat pro oleat. Afranius Fratris: non' e. q. s. Priscianus p. 838 P. 'oleo oles et olo olis. Afranius in Fratribus: non' e. q. s.

qui in *Bamb. Prisciani*, $EFH^1LNonii$ illa tacta *Nonii* H^2W illa est acta *Prisciani Reg. Bamb. Bong. Sang.* illa acta *Grut. Carolir.* quacumque is *scripsi*: *cf. coroll.* LXIX *sq.* que a et cunctis *Priscianus* que et multis *Nonius* olit *Barb. Prisciani corr. m. ant.* olit *Sangall. Grut. Carolir.* solat $F^1LNonii$

Digitized by Google

XIII

Mea nútrix, surge sí uis, profer púrpuram:
Praecláuium contéxtumst.

Nonius 64, 25 'praeclauium, pars uestis, quae ante clauum texitur. Afranius Omine [VIII] idem Fratris: mea' e. q. s.

2 contextumst *scripsi* contextus ψ contextum F^3H^1

XIV

Dimíttit adsestrícem, me ad sesé uocat.

Nonius 73, 29 'adsestrix femininum est ab eo, quod est assessor. Afranius Fratris: dimittit' e. q. s.

se H^1 esse W^1

XV

. equidem prandére stantem nóbiscum incinctám toga

Nonius 540, 32 'toga non solum uiri, sed etiam feminae utebantur. Afranius Fratris: equidem' e. q. s. Cf. Plauti Stich. 765.

et quidem *P* se quidem *x* incincta H^1 toga *Bothius* togam *ω*

XVI

'Interim meréndam occurro: ad cénam cum uení, iuuat.

Nonius 29, 1 'merenda dicitur cibus, post meridiem qui datur. Afranius Fratris: interim' e. q. s.

ad merendam *x* in m. *Bue* accurro *Lipsius* accuro *scripseram* (*cf. coroll.* LXX) ad cenam *om.* F^1L

XVII

. . . facile mánducari quí potest.

Nonius 477, 12 'manducatur pro manducat ... Afranius Fratris: facile m. q. p.'

Ex fratris *titulo elici posse quod ad supplendum versiculum usui sit, velut* panes tris, *scite monuit Bue*

XVIII

. . . . . ó sacrum scurram ét malum!

Digitized by Google

Nonius 397, 22 'sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum. Afranius Fratribus: o' e. q. s. (corr Junius).

scurram *Ald.* succurram (*vel* succuram) *ω*

XIX

Proin tú, cum quaeram, né requiram té uide.

Nonius 484, 14 'quaerere et requirere hoc differt, quoniam requirere est diu quaerere. Afranius Fratris: proin' e. q. s.

cum *ms. Fabri* tum *φ*

XX

. . . aquam ⟨úmquam⟩ ex ceno haurire, qui lauerent manus.

Nonius 504, 17 'lauere etiam inde manauit ... Afranius Fratris: aquam' e. q. s.

Expleri posse sententiam sic fere án uidisti aquam umquam ex caeno h. *e. q. s. monui in coroll.* LXX coeno *ed.* 1511 sino *MOP*, *Scaliger* seno *φ* exs aĕno *Bue* qui] qu *P*

XXI

187[1]. . . . . labella bálineis

Nonius 544, 31 'lineas (lenis Junius), uasi genus. Afranius Fratribus: labella lenis. Laberius in Cofino: . . labella lenis.' Cf. coroll. LXXI.

balineis *scripsi* (*cf. Laberi v.* 38) lenis (lenes *CLP*) *a* lineis *Nonius legisse videtur*

IDA?

Nostrum ín conuentum aut cónsessum, ludúm lapsumque petúlcum

Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia. Vergilius — et Afranius in Ida: nostrum' e. q. s. (Idam puellam tuetur Hertzius annall. philoll. 1870 p. 760, qui olim mus. Rhen. 3, 621 Icta, i. e. Iureconsulta coniecerat. Ira comparata Menandri fabula Ὀργή Neukirchius. Servavi librorum scripturam, cum adfirmari nil possit.)

Digitized by Google

ut confessum *cod.* lapsum ludumque (lapsum *ut verbum sit*) *Bergkius* ludum lussumque *Bue*

INCENDIVM

Suetonius vitae Neronis c. 11 'ludis quos pro aeternitate imperii susceptos appellari Maximos uoluit (Nero) . . . inducta est et Afranii togata, quae Incendium inscribitur, concessumque ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent ac sibi haberent.' Menandri fuit fabula *Ἐμπιπραμένη*, sed de argumenti similitudine nihil proditur fragmentis.

I

. . . seruus ést mihi Nicásio,
Scelerátus curiósus, is cum fílio
Coiécerat nescío quid de ratiúncula.

Nonius 268, 1 'coicere, furari, auferre. Afranius Incendio: seruus' e. q. s.

2 curiosis cum *BGH*^{1}*P* 3 coiecerat *scripsi* ei (*om. BGH*^{1}) coicere (cohicere *L*) ad (aut, *corr.* at *B*) *ω* ratiuncula *Junius* latriuncula *ms. Junii* latratiuncula *φ*

II

Expéiurabant, éxecrabant se ác suos.

Nonius 473, 24 'execrarent.'

expeierabant *suadebat Studemundus, non iniuria: cf. coroll.* LXXII

III

O púere puere, síne prospicere mé mihi.

Priscianus p. 697 P. 'hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur . . . Afranius in Incendio: o' e. q. s. (Africanius Bamb.)

prospicere mihi, *addito* me, *Reg. corr.* me prospicere memet *Sang. Grut.* mihi *παρὰ προσδοκίαν dictum censet Bue*

IV

Illúd memento, né quid inprudéntius
Blaterés.

Nonius 78, 33 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius Augure [IV] idem Incendio: illud' e. q. s.

Digitized by Google

1 inprudentius *scripsi* in primis (inpris W^1) *ω quos secutus olim post* in primis *ultimum senarii pedem deesse statuerem. Praeterea in coroll.* LXXII *octonarium* illúd m. inprimis, ne quid blateres inprudentius *proposui* ne quid inprimis blatis *Bothius* ne quid in primis blatas *vel* inprimis ne quid blateres *Hermannus*

V

Itaque ⟨quia⟩ spissúm uidetur fíeri, non possúm domi
Meúm uirum expectáre, quem mihi stúdeo iam dudúm dari.

Nonius 392, 16 'spissum significat tarde ... Afranius Incendio: itaque' e. q. s.

1 quia (*vel* quom: *olim* nimis) *inserui. Conieci praeterea* idque quia *vel* itaque, nam spissum mihi uidetur *mauult Bue* possunt BGH^1LP

VI

Non úsque quaque idóneum inueniás locum,
Vbi dérepente cúm uelis faciás lutum.

Nonius 518, 6 'derepente ... Afranius Incendio: non' e. q. s.

1 inuenias *om. Ba* iocum H^1LP locus CH^2 2 lucrum *Lipsius*

VII

Atque étiam incedit hóc: procul concéssero.

Nonius 270, 6 'concedere, recedere uel cedere ... Afranius in Incendio: atque' e. q. s.

etiam] ideo etiam *B*: *possis* ac uideo incedit *conicere* ellam *Lipsius*: *cf. Caec.* 76 eccum *Gulielmius* incedit *Gulielmius* incendit *ω* hoc, *i. e.* huc *ω* huc *Lipsius*

INIMICI

I

Hoc óbsecro igitur ágite et me adiutámini.

Nonius 477, 27 'adiutatur pro adiutat ... Afranius Inimicis: hoc' e. q. s. (amicis H^1)

Digitized by Google

obsecro is igitur *Ba* ut me adiutemini *ed.* 1476 *Fortasse* et *omittendum*: *cf. coroll.* LXXII

II

Múlta atque molésta es: potin' út dicta facéssas?

Nonius 306, 25 'facessere est facere. Ennius ... dicta facessunt. Afranius inimis: multa ... dicta facesses?' (Inimicis Junius)

Sotadeum agnovit Bue: cf. Hermannus Elem. 454 *sqq. Leo cant. Plaut.* 38; *anapaestos* ... multa atqué m. es: p. út ⟨nunc⟩ dicta f.? *fecit x* es *add. H²* dicta] hinc *Hermannus* facessas *Junius* facesses *ω*

LIBERTVS

I

Nolo híc te uideat: dóminus est: puér, facesse hinc . .

Nonius 307, 3 'facessere significat recedere ... Afranius Liberto: nolo' e. q. s.

Agnovit numeros Hermannus: *finire versum* propere *potuit.* est] st! *Madvicus* en *x* set *Bue* uideat dominus *coniungens et* puer *vocativo senarium concludens*

II

'Eius monilis póssestricem

Nonius 150, 27 'possestrix a possidendo. Afranius aliberto tius m. p.' (alibertotius *ψ* a libertotus Vict., mss. Merceri aliter eius Scaliger Liberto: tui Mercerus). De forma nominis possestrix et similium cf. coroll. LXXII sq.

eius *Scaliger* (*vide supra*)

III

Meum sál, si bene uisúm mihi 205

Valerius Probus de nom. CGL IV 209 K. 'sal Fabianus causarum naturalium neutro genere dixit ... idem masculino pluraliter ... Afranius Liberto: meum sal, si bene uisum mihi, genere neutro.'

Verba si bene uisum mihi *utrum grammatici sint an comici ambigebat Endlicherus*

Digitized by Google

MARITI

Meon óbsequere amóri? — Oboedibó tibi.

Nonius 507, 29 'oboedibo. Afranius Maritis: meo' e. q. s. (Materteris Junius)

Personas distinxi meon *scripsi* meo *Ba* meo ut φ obsequere *scripsi* obsequerer ω obsequar *ed.* 1480 obsequare *Neukirchius*

MATERTERAE

Moriens olim mater sororibus suis puellam commendaverat (fr. I): quae iam adulta partes in hac fabula primarias habuit.

I

postquam sé uidet
Inibi ésse, gnatam páruulam soróribus
Cómméndat.

Nonius 124, 21 'inibi pro sic et mox.'

1 uidet *scripsi et senarios restitui* uidit ω 2 gnatam *scripsi* gignastum H^1 gignatum F^1 gignatam φ ignotam *Junius* ingratam *Neukirchius*

II

quo defessa expectandó domi
Sédi, quod spissó uenire Mánius uisúst mihi.

Nonius 392, 19 'spissum significat tardum . . . Afranius Incendio [V] idem Matertera: quod defessa' e. q. s.

1 quo *Bue* quod ω: *vel deleri ut dittographia ortum vel* quom *corrigi licet* spectando *BGHP* 2 Manius uisust mihi *scripsi* uisum est mani mihi ω uisus est mani m. *Bothius* uisus e. nimium m. *A. Luchs stud.* I 68

III

Quid ístuc est? quid flés? quid lacrimas lárgitus?
Prolóquere.

Nonius 514, 30 'largitus pro large.'

1 quid ístuc *aut* sed quíd istuc *Bergkius*: *hoc ipsum acephalo versu indicare volueram.* quid istuc *Ba* qui istuc φ lacrimas *om. Ba* largitū *BaL* 213 *et* 214 *in unum versum*

Digitized by Google

proloquere. — perii! lacrimae l. s. *concinnari iubet Bergkius l. l.: mihi iuxta ponere frusta nullo testimonio coniuncta prudentius visum*

IV

. . . perii! lácrimae linguam saépiunt.

Nonius 41, 8 'saepiunt significat tenent, inpediunt ....'

V

. . . . ah tu éloquens ⟨es⟩: ílicet. 215

Charisius p. 180 P. 'ilicet pro nunc Afranius in Materteris, cum quis' (is codd., corr. Bothius) 'balbum supra modum disserere conantem laudaret: an tu eloquens ilicet? id est subito uel extemplo.'

ah *Neukirchius* an *cod.* ain tu? *Bergkius symb. I* 18 es *addidi, om. cod.* *Absque Celsi testimonio possis* scilicet *conicere*

VI

. . . causam cóicere hodie ad té uolo.
Ambón adestis? prófuturos árbitror.

Nonius 267, 32 'coicere, agere.' Cf. Rud. Schoell XII tab. rel. p. 101. 118.

2 ambo si adestis *Bothius* praefuturos, *scil.* praesentes futuros *Studemundus*

VII

. . . . ínguen plemen pápulam panum týmpanum

Nonius 149, 25 'panus . . . tumor quoque inguinum ex formae similitudine sic uocatur. Afranius Matertera: inquem' e. q. s. Cf. Lucilius 1117 L.

inguen *Passeratius* inquem H^2LW inquam EFH^1 plemen *Bue conl. CGl.* VII 99, 9 *G.*, *item CGl.* IV 145 V 474 *G.* plenam *ω* flemen *Onions* plenum *Passeratius* pabulam F^1

VIII

. . . . . exequias cántitant. 218[1]

Festus p. 161 M. 'naenia est [carmen, quod in funere laudandi] gratia can[tatur ad tibiam — — Afra]nius in Materte[ris ..... exe]quias cantit — —' Supplevit Scaliger.

Digitized by Google

cantitant *si scribis, exitum, si* cantitabant *Scaligeri praefers. principium versus habes*

MEGALENSIA

át ego sero séntio

220 Te nón amare mé cordate ac sániter.

Nonius 515, 21 'saniter. Afranius Negalensibus: adesto' e. q. s.

1 at (*vel* ah) ego sero sentio *scripsi.* adesto assentio *HL*^{2} *PW* adesto adsentio (asentio *C*) φ. *Olim visum erat* adesto *dittographia ortum esse: in textu* ah sentio *scripseram.* at esto: assentio *Neukirchius.* at esto. — a sentio *x* 2 cordate *scripsi, item Bue coni.* adorate *Ba H*^{1}*L* adorare *H*^{2}*W* adoro te *P* suauiter *Palmerius, etiam in lemmate: cf. coroll.* LXXIII

OMEN

I

. . amabit sápiens, cupient céteri.

Nonius 421, 19 'cupido et amor idem significare uidentur, et est diuersitas. Cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii ... Afranius in Omine: amabit' e. q. s. Servius Dan. in Aen. IV 194 'cupidinem ueteres immoderatum amorem dicebant. Afranius Cinerario [III] .... amant sapientes, cupiunt ceteri.' (Excidit: idem in Omine.) Apuleius apolog. c. 12 p. 19 B. 'quapropter, etsi pereleganter Afranius hoc scriptum reliquit: amabit ... ceteri, tamen' e. q. s.

amabit (*sic H*^{1} ambit *H*^{2}*LW*) sapiens *Nonius* amant sapientes *Servius* cupient *Servii quoque Bern.* cupiunt *Ambros. Servii, Daniel*

II

Datátim uxorem ut lúdas . . . . .

Nonius 96, 17 'datatim, id est inuicem dando ... Afranius homine: datatim' e. q. s. (hominem H^{1}L)

laudas *P*

III

Atque ílle derepénte in iumentum éxilit.

Digitized by Google

Nonius 518, 8 'derepente ... Afranius Incendio [VI] idem in homine: atque ... exilit. Contendit oculos' e. q. s. Vide pall. inc. inc. 22.

IV

. . . . . bacíllum delicátum
Cornéolum poscit. 225

Nonius 78, 18 'bacillum' (ita Ba 'baccillum' φ) ... 'Afranius hominem: baccillum' e. q. s. (homines Bamb. cum ceteris classis δ)

1 *sq. numeri sunt Hermanni* *Ex* homines *titulo fortasse* sibi *eliciendum* bacillum W^1 baccillum φ delicatum δ deligatum φ 2 procit *Passeratius* procat *Bothius in senarii fine*

V

. . . tibi in utráque parte póllet et paritér potest.

Nonius 375, 5 'pariter, similiter. Afranius homine: tibi' e. q. s. (omnem B hominem GL)

Septenarium tíbi in utraque párte pariter póllet et p. p. *compleri iubet Bue* tibiis in utramque partem (*sic iam Bothius*) *x*

VI

Satis fórtiter, ⟨puéllae,⟩ palo uéstras scicidistís colus.

Priscianus p. 890 P. 'scindo scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant ... Afranius more antiquo dixit in Omine: satis' e. q. s. (homine libri 'colus τὰς ἡλακάτας' Ba)

palo *Bothius* paulo ω Paulla *Neukirchius* pol *in senario Bergkius*

VII

Ea mémoriter, cum uénero, confécta ut offendám . .

Nonius 359, 3 'offendere, inuenire ... Afranius Omine: ea' e. q. s. (omine, ne in ras., B homine GLW) Cf. Plauti Pseud. 163.

Disposuit versum Hermannus tene *in fine suppl. x* mémineris Ea mémoriter ... offendam domi *Bergkius*

Digitized by Google

VIII

Tértium diém praeclauium únum texere . . .

Nonius 64, 22 'praeclauium, pars uestis, quae ante clauum texitur. Afranius homine: tertium' e. q. s.

tertium] totum, *ut senarius fiat, Buc* unum te detexere *septenario x* unum solum texere *ipse proposui coroll.* LXXIII

IX

230 Ipsí me uelle uéstimenta dícito.

Priscianus p. 694 P. 'ipsi pro ipsius Afranius in homine: ipsi' e. q. s.

X

Cedo púrpurissum!

Nonius 218, 24 'purpurissum genere neutro. Afranius homine: c. p.' Conferri Plauti Most. 261 iussit Fleckeisenus.

PANTELIVS*

Pantelivs scripsi, Attin intellegens sive *Παν-θήλιος* sive *Παντέλειος* cognomine fuit. Cf. Prelleri mythol. Rom.[2] II 392; olim Patelia, quam Patellam vel Patellanam (Prelleri l. l. II 223 sq.) intellegebam.

I

Contémnes? liber nátus est, ita máter eius díxit,
In Gállia ambos cúm emerem.

I—III Charisius p. 95 P. 'ambos Terentius in Adelphis ... idque Helenius Acron sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputauit, Verriumque dicit errare, qui putat hos ambo dici debere; indifferenter autem locutos ueteres uberiora dabuntur exempla. Afranius in Panteleo: contemnes, inquit, liber' e. q. s. (Pantaleo ed. pr. Pantaleonte Junius. De *Παντελείῳ* cogitavit Lindemannus.) 'item idem in eadem [III] ... ambo Afranius in Panteleo [II]' (Pantaleo ed. pr.)

1 contemnens *ed. pr. An* contemnis? 2 ambos cum *Hermannus* cum ambos *cod.*

II

. . . reuocas nós ambo ad perículum.

Digitized by Google

periculum *cod.* praelium *ed. pr.* *Initium septenarii sit* réuocas nos ambo ád periclum

III

Séd eccos ambos 235

ecos *scribendum*: *cf. coroll. ad trag. p. LI et Fleckeisenus annall. philoll.* 1871 *p.* 812

IV

citer 235[1]

Priscianus p. 607 P. 'citimus . . . Afranius tamen etiam positiuum eius citer protulit in Patelia teste Aruntio.' (patellea Bamb. Halb. Sang. Bong., a post. in ras. duarum litt. actra pos., patellea m. alt., Barb. patellia Grut. patelle . atesa Reg. Patella vulgo)

POMPA

I

Tenéto: in medio némo est. magnificé uolo
Fluctuátim ire ad illum. accípite hoc, tege tu et sústine!

Nonius 111, 29 'fluctuatim, iactanter et solute.'

1 teneto *scripsi* tene tu (ten** F^1) ω, *quod ita olim servabam, ut primam syllabam* (*e. c.* em) *periisse statuerem.* tene tu hoc *Muellerus prosod. Plaut.* 471 tene tu, inquam *Onions* tenetur: nemo in mediost *prop. coroll.* LXXIII 2 fluctuatim EFW^2 flutuatim PW^1 fluctuat HL fluctatim *in scaena puto pronuntiatum esse*: *cf. Varronis sat.* 123, 3 *B.* illu* F^1 accipito *x*

II

ínterim
Túa clienta

Charisius p. 77 P. 'cliens communis generis est: inuenimus tamen et clientam apud Afranium in Pompa: interim t. c.'

PRIVIGNVS

I

Orbús uirili séxu adoptauít sibi 240

Digitized by Google

Festus p. 334 M. 'sexu, natura habituque, ex Graeco quam illi uocant ἕξιν. Afranius in Priuigno sic ait: orbus' e. q. s. (sic agit cod., corr. Vrsinus)

II

Vxórem quaerit fírmamentum fámiliae:
Sciás abesse ab lústris ingeniúm procul.

Nonius 333, 15 'lustra etiam lupanaria dicuntur ... Afranius Priuigno: uxorem' e. q. s. (praugno GH¹)

2 lustris *ed. pr.* inlustris ω

III

et própter patruelém tuam
Constítuit hilare anhélans, deiectá coma.

Nonius 514, 1 'hilare ... Afranius Priuigno: et' e. q. s.

2 deiecta *Aldina* delecta ω: *cf. coroll.* LXI disiecta *Bothius*

IV

Occásionem náncta mulier ínuolat
In cóllum, plorat órat, occurrít nepos
Pausíllus, neptis pórro de lectó frigit.

Nonius 308, 14 'frigere est [et friguttire] cum sono sussilire ... Afranius Priuigno: occasionem' e. q. s.

et ille seruus respondet: bona fortuna, id est nullus, quasi rem duram dictu mitius dixit.' Charisius p. 247 P. 'charientismos est dictio per ea quae grata sunt aliud dicens aliud significans, ut cum interrogamus num quis nos quaesierit et respondetur bona fortuna, unde intellegimus nos neminem quaesisse.' Similia Diomedes p. 458 P., Donati ars in CGL IV 402 K., scheda Monacensis edita a Spengelio Philol XXI 122.

1 quaesiit *Par. P, Santen.* quaesiuit φ *Disposui numeros x mus. Rhen.* 20, 374

XXIII

430 cupiluci*

Varro de l. l. V 25 M. 'extra oppida a puteis puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius scribit, puticulae quod putescebant ibi cadauera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. itaque eum Afranius cutilucos in togata appellat, quod inde suspiciunt per puteos lumen.' (perpetuos F, corr. Grothius perpetuo Laetus cutilucos libri puticulos Laetus putiluculos B petilucos vel cupilucos conieci). Cf. Festus Pauli s. v. puticulos p. 216 M.

XXIV

nauci dare

Ausonius cent. nupt. praef. 'pro quo' (sc. centone) 'si per sigillaria in auctione ueniret, neque Afranius nauci' (naucum Salmasius) 'daret nec ciccum suum Plautus offerret.'

XXV

ipsissimus

Pompeius in CGL V 153 K. 'ea autem quae non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt conparationem. Ne te decipiant illa Plautina et Afraniana uerba, ipsissimus: ioco comico hoc dixit. est etiam apud Graecos αὐτόσατος tale. comica sunt ista et ad artem non pertinent.'

XXV[a]?

ieientare

Nonius 126, 10 'ieientare. Afranius *** ⟨Pomponius⟩ Buccone adoptato [IV] Plautus ... Afranius Crimine [III]' e. q. s. Fortasse supra quod legitur Afranii nomen errori debetur.

Digitized by Google

XXVI

Nonius p. 557, 14 in extremo libro, in capitis XIX 'de propinquitate' exitu post explicata nomina 'caesares agrippae uopiscus glos leuir fratriae amitini patrueles consobrini' haec addit: 'de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.' Cf. Afranii Consobrini, Fratriae, Materterae, Mariti, Priuignus, Sorores, Vopiscus.

XXVII

Marius Victorinus in CGL VI 79 K. 'quod uero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera uersuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, et solent in canticis magis quam deuerbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plautum et Naeuium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris uersuum ⟨uelut⟩ colis ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis.'

uelut inseruit Keilius

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Seneca epist. 89, 7 'sapientia est quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur: quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus.' Cf. Afranius 299.

II

Servius Dan. in Verg. Aen. XI 160 'ueteres enim uiuendo uincere dicebant superuiuere . . . nam et

Digitized by Google

in togatis uictrices appellantur, quae uiros extulerunt.'

III

Donatus in Ter. eun. I 1, 12 'concessum est in palliata poetis comicis seruos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet.'

IV

Quis⟨nam⟩ íste torquens fáciem planipedís senis?

Quintilianus V 11, 24 'admonendum est rarius esse in oratione illud genus quod *εἰκόνα* Graeci uocant, quo exprimitur rerum aut personarum imago, ut Cassius: quis istam faciem lanipedis senis torquens.' Cassium Parmensem laudari suspicatur in indice Halmius; sed tragoediam certe iste versiculus non spirat. Immo Cassius Severus orator nobilissimus intellegendus, de quo vide H. Meyeri oratt. Rom. fr. p. 545 sq. Verba eius a Quintiliano laudata aut prosa sunt aut ex comoedia in orationem translata et versus ut fiat, ita transponenda ut indicavi.

iste *Burmannus* istam *ω* planipedis *Regius* lanipedi *Ambros. Bamb. m.* 2 lanipendi *Bamb. m.* 1 faciem torquens *Bue*

Digitized by Google

FABVLA ATELLANA

Digitized by Google

Digitized by Google

L. POMPONIVS BONONIENSIS

ADELPHI

quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi

Nonius 96, 18 'datatim, id est inuicem dando .... Pomponius Adelfis: quod' e. q. s.

quod ílle *cum vulgo Bergkius*: *cf. coroll.* LXXIX quid ílle *x* dixit *Quicherat*, *fort. recte* lusimus *Guietus* lusitat *Onions* lusit *malim* lusi tecum *Vrbin.* 307

AEDITVMVS

Quí postquam tibi appáreo atque aedítumor in templó tuo,

Néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

Nonius 75, 15 'aedituor, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo: quí' e. q. s. Gellius XII 10, 7 'aeditumus uerbum Latinum est et uetus, ea forma dictum, qua finitimus et legitimus .... Pomponii fabula Atellania est, quae ita inscripta est: Aeditumus. In qua hic uersus est: [1].'

1 tibi *Gellius* ubi *Nonius* adpareo *L* apareo *H* aedituor *Nonius* tuo *om. Nonius* 2 mortalibus FH^1L immortalis *Bothius* ullum *om. W* ullo F^2H^1 ullum, *i. e. quicquam*, *defendit Hauptius Herm.* IV 154 miseriu'st *Munkius* miserius est *ω* est miserius *Bothius*

AGAMEMNO SVPPOSITVS

Ne quís miretur, cúm tam clare tónuerit,
Vt, sí quis dormitáret, expergísceret. 5

Digitized by Google

Nonius 473, 3 'expergisceret pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone subposito: ne' e. q. s. Prologo tribus: Munkius p. 86.

1 miretur *ed.* 1476 miraretur *ω* cur *x*

ALEONES

I

'Aleo ⟨non⟩ lúdam sane, ⟨né⟩ meae male olánt manus.

Nonius 147, 3 'olat pro oleat ... Pomponius Aleonibus: aleo' e. q. s. (in lenonibus Vrbin. 307)

aleo, *i. e.* allio, *ω*: *cf. Plauti Most.* 45 *cum Gesneri quo Ritschelius laudat in script. r. rust. indice et Varro apud Non.* 201, 6 *nec non Lachmannus in Lucr.* 33 alea *Guietus* nec *Bothius, om. ω* si *Onions* sanae *EFL* ne *Bothius, om. x* olant *edd.* oleant *ω*

II

'At ego rusticátim tangam, ⟨nam⟩ úrbanatim néscio.

Nonius 166, 30 'rusticatim pro rustice.' Idem 409, 1 'tangere etiam circumuenire ... Pomponius in Aleonibus: at' e. q. s.

ad H^2LW *p.* 466, *L p.* 409 nam *Guietus, om. ω*

ANVLVS POSTERIOR

Id crédo metuis né ⟨tibi⟩ inuidiaé siet,
Cum némo qui a te récipiat reperíbitur.

Nonius 508, 11 'repperibitur pro repperietur. Pomponius Anulo posteriore: id credo' e. q. s.

1 tibi *Bothius, om. ω* inuidiae siet *scripsi* inuidia (inuia L^1) desit *ω* inuidiae id sit tibi *Mercerus* inuidia inde sit *Bothius* inuidia desit tibi *Junius* 2 a *deleri voluit Passeratius* repperitur *Ba*

ARMORVM IVDICIVM

9[1] Tum praé se portant áscendibilem sémitam,
Quam scálam uocitant.

Digitized by Google

Lactantius in Statii Theb. X 841 'gemina latus arbore clusus Aërium sibi portat iter] admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in armorum iudicio: tum ... uocant.' Abhorrere spondeos a primi p. Chr. saeculi arte iam A. Langius quaest. metr. p. 30 monuerat nec ipse tacueram: Pacuvio reddi voluit Bernh. Schmidt mus. Rhen. 16, 589 sqq. Ipse olim inter Atellanas reposui, mecum facit A. Dieterich Pulcinella p. 102.

2 uocitant *B. Schmidt* uocant *schol., quod si quis servare velit, trochaico numero priorem versiculum dimetiendum esse monet Schmidtius, ante quem grammatico, non poetae haec explicatio tribuebatur. De* scala *numero singulari cf. Quintilianus I* 5, 16

ARVSPEX vel PEXOR RVSTICVS

bucco, púriter 10

Fac út rem tractes. — Láui iandudúm manus.

Nonius 516, 18 'puriter. Pomponius Aruspice uel Pectore rustico: bucco' e. q. s. (Pexore scripsi, idem esse Pectore sentit Bue conl. mus. Rhen. 45, 159 Pecore Hertzius ann. philoll. 1873 p. 339 Praecone Bothius Petitore Rothius Rectore Quicheratius) Ceterum cf. coroll. LXXIX.

1 furiter *Ba H*^{1} *L*^{1} *P* 2 ut rem *scripsi* uti *ω* ut te *Bothius* ut ista *x* tractis *W* Búcco, puritér fac tractes *continuat Bergkius* laui iam dudum *ψ* lauuan dunum *Ba*

ASINA

I

Atque aúscultare dísce, si nescís loqui.

Nonius 246, 16 'auscultare, audire ... Pomponius Asina: atque' e. q. s. (Asinaria Passeratius)

II

Exílui de nocte ád molam fullónis festinátim

Nonius 514, 3 'festinatim pro festinanter. Pomponius Asinaria: exilui' e. q. s. De titulo dubitat Ritschelius Parerg. I 142.

exilui *Ba H* exsilui *φ* ad noctem *Palat.* fullonis *Laurembergius* fullone *ω* fulloni' *x* festinantim *P*

Digitized by Google

AVCTORATVS

I

14/5 Neque enim égo sum Mémmi neque Cassí neque Munati 'Ebriae . .

Charisius p. 37 P. 'communia ex' (scr. 'et' ut apud Donatianum) 'masculino et feminino, ut adsecula conuiua. Pompeius in Auctorato (II). ebria masculino in eodem Pompeius: neque' e. q. s. Donatiani fragm. CGL VI 276 K 'communia et masculino et feminino, ut adsecla conuiua ebria ⟨conuiua⟩ feminino Pomponius in Auctorato [III]. ebria masculino in eodem Pomponius [I].' Memmii et Cassii memoriam Bue ex Plinii n. h. 21, 8, Munatii ex Sallustii bello Iug 27 sqq. repeti vult.

enim *om. Donatianus* ergo *eiusdem Vatic.* sum Memm *Lindemannus* sum menni *Charisii cod.* sumēni *Donatiani Vatic* sume ni *Ambros.* Cassia *Donatiani Ambros. Vatic.* Munatius *Donatiani Ambros. Vatic.* Ebriae *Lindemannus* ebrea *cod Charisii* ebria *Donatianus* *Anapaestos ultimo pede deficientes indicavit Bue*, *trochaeos* néque enim sum Memmí neque Cassi néque ego Munati 'Ebriae *fecit ex*; *senarios* néque e. e. Sum *e. q. s. ipse dederam*, *sed cf. Brugmanus p. 31*

II

. póstquam conueni ómnis conuiuás meas

Charisius et Donatianus l. l. ad fr. I Prisciauus p. 642 P 'hic et haec agricola ...' conuiua. Pomponius in Auctorato conueni' e. q. s.

conuenio *Charisii cod.* omnes *Charisii cod.* meos *Sang. Grut. Prisciani* postquam conuiuas omnes conueni meas *Bothius*

III

Métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter.

Nonius 509, 30 'insaniter Pomponio auctore: metuo' e. q. s. (auctoro P) Priscianus p. 1010 P. 'Pomponius in Auctorato: ludit n. i. pro insane.'

iocari *H? W* locari *φ*

IV

Occídit taurum tóruiter, me amóre sauciáuit.

Digitized by Google

Nonius 516, 13 'torbiter. Pomponius Auctorato: occidit' e. q. s. Spectaculi amphitheatralis meminit mulier. Cf. coroll. LXXX, nec aliter sentit A. Dieterich Pulcinella p. 101. Ariadnam in tragoedia loqui ac fortasse apud Nonium ex Auctorato verba cum titulo Ariadnae excidisse suspicatur Vahlenus mus. Rhen. 16, 473; Ennii Medeae adeo tribui vult Quicheratius, sed constat septen. iamb. a tragoedia alienum esse.

toruiter *edd.* torbiter *ω* me amore sauciauit *Lipsius* me amores amauit *ψ* mea memores amauit *Ba*, *in quibus latere* sauiauit *recte monet Bue*, *verum tamen esse vix credo*

BVCCO AVCTORATVS

Sí praegnans non és, paribis númquam. 19/20

Nonius 508, 1 'paribit pro pariet.'

Trochaeos habet Bue; *mihi ipsa sententia inperfecta videbatur*, *nisi hoc fere modo suppleatur*: ⟨at ením⟩ si praegnans ⟨núnc⟩ non es, ⟨posthác⟩ paribis númquam

AVGVR

immó manel

Non ésuribis diútius. — Qua ré? — Rogas?

Nonius 479, 5 'esuribo pro esuriam.'

2 *Recte personas distribuit CFWMuellerus prosod. Plaut.* 37 (*cf.* 269) rogas? *idem* (*cf. coroll.* LXXX) roga *ω* eroga *Bothius* *Septenarium troch. metitur x*

BVCCO ADOPTATVS

I

Clándestino tácitus taxim pérspectaui pér cauum.

Nonius 178, 20 'taxim, sensim uel occulte. Pomponius Buccone adoptatu: clandestino' e. q. s.

Fort. tum *initio v. addendum*: *v. supra* cauum F^1 cautum *φ*

II

saepe ádnuit,

'Inuenibit saépe. 25

Nonius 479, 27 'inuenibo pro inueniam.'

Digitized by Google

1 *Praemittendum fortasse aut post* saepe *inserendum* qui *hac sententia*: alteri qui saepe adnuit roganti, rogans ipse saepe inpetrabit uel quaerens inueniet. sepe *Ba* sae *W* annuit *H L*[2] *W* ambit *Bothius* anquirit *Quicheratius* *Vao versu* saépe adibit, ínuenibit s. *scribendum censet Bue* 2 inuenibit *ed. a.* 1471 inuenit *ω* sepę *Ba*

III

Pergís properatim

Nonius 155, 1 'properatim et properiter, celeriter, properanter ... Pomponius Buccone adoptato: p. p.'

perges *Bothius*

IV

26[1] Iéientare núlla inuitat

Nonius 126, 10 'ieientare. Afranius *** ⟨Pomponius⟩ Buccone adoptato: i. n. i. Plautus .. Afranius Crimine' e. q. s.

Pomponio haec reddidit Neukirchius. Vide Afranii inc. fab. XXV[a]

CAMPANI

Dantór publicitus Dóssenno et fullónibus Cibária.

Nonius 518, 9 'publicitus pro publice ..... Pomponius Campanis: dator' e. q. s.

1 *sq.* dator dosenno et fullonibus publiciter cibaria *ω* dato publicitus Dorsenno et f. cibaria *Bothius*, *praeiverat* dato Dossenno *Mercerus*, publicitus *ed. a.* 1471 (*cf. coroll.* LXXX). dato Dórsenno et fullonibus Públicitus c. *Munkius.* dat ordo (*sc. senatus municipalis*) Dóssenno et f. Públiciter c. *coni. Bue* *Probarem* ... dantor Dóssenno et f. | ⟨pro méritis summis⟩ públicitus cibária: *cf. Plauti Amph.* 1027

CAPELLA

Clípeum in medio fíxum est.

Charisius p. 59 P. 'clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. sed ... Liuius in significatione scuti

Digitized by Google

neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: clipeum' e. q. s. Anon. de dub. nom. in CGL V p. 574 K. 'clipeus generis masculini ... et Pomponius generis neutri: clipeum' e. q. s. 'sed non recipitur.'

medio *anon.* medium *Charisii cod.*

CITHARISTA

Cf. *Κιθαριστής* Antiphanis et Menandri.

nóli, quaeso, iráscere: 30
Móre fit, moríri suam ⟨uir⟩ quísque ut uxorém uelit.

Nonius 127, 7 'irascere pro irasci. Pomponius etarista: noli' e. q. s. (etacrista FH¹ Citharista Mercerus Hetaerisca Salmasius Hetaerista Quicheratius, fort. recte)

1 neli F^1L 2 moriri suam uir quisque ut uxorem uelit *scripsi* moriri suam quisque uxorem ut uelit *ω*, *nisi quod* quisque *om.* F^1L, *sed post* uxorem *spatio 5 litterarum relicto* L suam moriri quisque ut uxorem uelit *post Guietum Bothius* moro *post* fit *inseri vult Bue*, semper *post* moriri *x*, uir *post* uxorem *Onions*

COLLEGIVM

Sí quid expalpáre possim ab íllo . . . . .

Nonius 104, 12 'expalpare, elicere ... Pomponius Collegio: si' e. q. s.

CONCHA

Vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Nonius 39, 1 'eliminare extra limen eicere' (immo 'excire') '... Pomponius Conca: uos' e. q. s. Idem 292, 26 'eliminare' ('se' add. Quich.) 'est exire. Ennius Medea exule [II] Accius Phoenissis [VII] idem Meleagro [VIII] Varro Serrano ... ex oraclo elimino me. eliminare rursum excludere. Pacuuius Duloreste [XIV] Pomponius Concha: uos' e. q. s. (concla *ω*)

isti *p.* 292 *BG*, *potest verum esse.* istic, ic *in ras.*, *H* manet *ω* hedis *BGH*¹

Digitized by Google

CONDICIONES

Víx nunc quod edim inuénio: quid nam fíet, si quam
dúxero?

Nonius 507, 8 'edim pro edam ... Pomponius Conditionibus: uix' e. q. s.

qđnã *Ba*

CRETVLA vel PETITOR

Cf. Munkius 34.

I

bene éuenat! —
Ita fíat: et tibi béne sit, qui recte óminas.

Nonius 474, 9 'ominas. Pomponius Cretula uel petiture: bene' e. q. s. (om. P Petitore Bentinus) Candidati esse monet Gulielmius Veris. I 11.

1 euenat *scripsi idemque senarios distinxi* euenias *ω* 2 fiat *scripsi* sit *ω* quom *x* hominas *W*

II

bálnea
Forús macellus fána portus pórticus

Nonius 206, 18 'forum generis neutri. masculini ... Pomponius Petitore: balnea' e. q. s. (portitore F^1) Fortasse promittit haec candidatus se aedificaturum esse, si aedilis creatus fuerit.

1 balneae *Mercerus*: balneas *si scribes*, *habebis septenarium* 2 foros macellos *poetam scripsisse puto* fortus F^1L^1, *del. x* porticis H^1

DECVMA

Ad Fullonis Decumam coniectura refertur.

. . non multi, séd temeti plúrimi

Festus p. 364 M. 'temetum uinum — Pomponius in Decima: non' e. q. s. (deuncia Politiani exc.)

Aut ab initio uini *praemittendum aut cum Buechelero* mulier *post* multi *inserendum* sed temeti *scripsi* temeti sed *cod., om. in lacuna Politiani exc.*

Digitized by Google

DECVMA FVLLONIS

Cf. Frontinus de aquaed. 94.

'Et ubi insilui in cóculeatum ecúleum, ibi tolútim tortor. 40

Nonius 4, 17 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter .... Pomponius Decuma fullonis: et' e. q. s. Idem 105, 15 'eculeos, deminutiuum ab equis M. Tullius in Hortensio dici uoluit ... Pomponius Decuma fullonis: ubi' e. q. s. Idem 182, 14 'tortor pro torqueor. Pomponius Fullonis ducum: et' e. q. s.

et *om.* ω *p.* 105, *facile* set *conicias* insiluit ω *p.* 105 coculeatum *Bue* cocleatum *Ba F H L*² *p.* 4, ψ *p.* 182 clocleatum *W p.* 4 coleatum *L*¹ *p.* 4 *et* 182, *Turnebus* culeratum *E F*² *H*² *P W p.* 105 culenarum *F*¹ *H*¹ *L p.* 105 cochleatum *Gesnerus* ibi] ubi *E F*¹ *L P W p.* 4, *E F H*¹ *L p.* 182

DIVES*

Quóm palumbem ex óre tollit únum .....

Nonius 219, 8 'palumbi ... masculino ... Pomponius deuitae: quo' e. q. s. (diũite E Debita Junius de uite Aldina Diuite Bothius)

quo ω *praeter Vrbin.* 307, *qui* duo: quo *habet*; *videtur autem sermo esse de eo, qui omittit unam palumbem, quam certam tenuit, ut incertas decem captet* ex ore tollit unum *scripsi* unum ex (et ex *W*¹) ore tollit ω unum *del. x* *An* quor ... tollis? *De parasito cogitans* quoí palumbes unum ex o. t., ⟨ex patina alterum⟩ *Bue*

DOTALIS*

Dotalis, servus scilicet.

Vínum panemque, ómnem ceterum áliam praeberém penum. 41[1]

Nonius p. 219, 30 'penus ... masculini Pomponius Dogali (elogali Vrbin. 308) unum penum quae o. c. a. p. penum. Nouius Dofacta' e. q. s. (Dotali Bothius Dotata Palmerius) Cf. coroll. LXXX.

uinum *Junius* unum ω panem *Bue*, *Quicheratius* penem *H* penum φ quae *F L W* praeberim *F*¹ praebere in *L* praebuerim *Vrbin.*

DOTATA

I

Scío pol te illam amáre efflictim .....

Digitized by Google

Nonius 104, 24 'efflictim, uehementer ... Pomponius Dotata: scio' e. q. s.

sci W^1

II

Possum éxorare te út recedas á me paulispér modo? — Quantísper sat habes?

Nonius 511, 31 'aliquantisper .. Quadrigarius .. aliquantisper ... Caecilius .. aliquantisper ... Caecilius .. paulisper .. quantisper .. Pomponius Dotata: possum' e. q. s. Excidit fortasse paulisper lemma.

ERGASTILVS*

Ergastilvs an Ergastvlvm? Ergastulo respondet *Molón* Antiphanis. Nonius p. 447, 5 glossas ergastylum (ergastilum BaW ergastulum H^2), scil. 'carceris locus', et ergastylus (ergastilus BaW), scil. 'custos poenalis' praebet ergastylus sive ergastilus a Lucilio et oratore vetere usurpatus.

I

Lónge ab urbe uílicari, quó erus rarentér uenit,
〈Id〉 non uilicári, sed dominári est mea senténtia.

Nonius 164, 28 'rarenter pro rare ... Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 186, 1 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse. Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 515, 28 'rarenter Caecilius Pausimacho [I] Nonius Exodio [IV] Ennius Andromacha ... conatur trabem. Ergastelo [1].' (ergastilo P)

1 ab unde *Ba p.* 515 uilicariae (uilicarie *P*) *ω p.* 515 uilicari' *x deverbio instituto* herus *EFH p.* 164 eris *FL W p.* 186 rus *BaP p.* 515 2 id *Bothius, om. ω* non est *Munkius* non enim *x* uilicaris L^1 *p.* 164 sed dominari *om.* F^1L *p.* 164 mea est *ω p.* 186

II

Praesénte amicis ínter cenam d. o.

Donatus in Ter. eun. IV 3, 7 'absente nobis pro nobis absentibus. Pomponius in Ergastulo: praesente' e. q. s.

Digitized by Google

(Pompeius Par. Lugd. Dresd. sine ergo istuc Par. Lugd. Dresd., ed. Tarv. cum recentioribus sine ergo istac edd. Rom. Vind. Med.)

d. o. *interpretatur* dat operam *Bue*, deamans osculatur *Dziatzko*

FVLLONES

I

Quin érgo, quando cónuenit, conpléctite? —
Mi fráter, salueto! — 'O soror, salué, mea!

Nonius 472, 32 'conplectite. Pomponius Fullonibus: quin' e. q. s.

2 mi *ed. a.* 1471 mihi *ω* salueto *CFWMueller prosod. Plaut.* 652 salue *ω* soror *Ba P* soro *φ*

II

Fácite ut ignis féruat, ligna insípite, far concídite. 50

Nonius 504, 26 'feruat pro ferueat. Pomponius Fullone: facite' e. q. s.

ferueat H^1 insipite *Scaliger* instipite *ω* concidite *intellego* pinsite; *cf. v.* 86

GALLI TRANSALPINI

Mars, tíbi facturum uóueo, si umquam rédierit,
Bidénti uerre.

Gellius XVI 6, 7 'uidebimus, an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur, et an Pomponius Atellanarum poeta in Gallis Transalpinis erranerit, cum hoc scripsit: Mars' e. q. s. (Galliis Petav.) Macrobius Sat. VI 9, 4 'uerum procurandum est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit ouium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poeta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars' e. q. s. Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt. nam nec duos dentes habent (et hoc quidem et genus monstri est), et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana: Mars' e. q. s. ('Pomponii' ed. 1476 'Pomponius' libri) Pessime haec contracta ex uberiore Gellii capite.

Digitized by Google

1 facturum uoueo *vel* uouo facturum *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 37 uoueo facturum *ω* tibi | Voueó f me esse *Dziatzko* *Ceterum sacrae formulae exempla (ephem. epigr.* IV 225 *sq.*) futurum *flagitant* redierit *Gellius et Nonius* rediero *Macrobius*

HERES PETITOR

I

'Ita uelim faciás: iam pridem uólo lauatrinám laui.

Nonius 504, 23 'laui etiam positum pro lauari. Pomponius Petitore Heredem: ita' e. q. s. (petitorem H^1)

facies *P* lauatrinam *Lachmannus in Lucr.* 393 latrinam *Ba* latrinam *φ* lauatrina *x*

II

Heús aptate, púeri, munde atque ámpliter conuíuium!

Nonius 511, 18 'ampliter ... Pomponius Herede petitore: heus' e. q. s. (potitore Bamb. pectore Par. P) Idem 234, 30 'aptum, compositum, paratum ... Pomponius: eius aptate' e. q. s.

heus] eius *ω p.* 234 puer *GHLP p.* 234 ampliciter W^1 *p.* 511 conuium *Ba p.* 511 conuiuia *LW* conuiuiam H^2P *p.* 234

HIRNEA PAPPI

Décimus mensis ést, cum factum est. íta fit, ita sempér solet:

Décumo mense démum turgens uérminatur, párturit.

Nonius 40, 20 'uerminari positum torqueri, a uermibus, quod facile se torqueant.' (hyrnea W Hernia aut hirnea sponsa Pappi Scaliger) Comparat Bue mus. Rhen. 35, 394 Nestoris hirneam apud Iuvenalem VI 326.

2 demun (demon H^1) *ω*

KALENDAE MARTIAE

Vócem deducás oportet, út uideantur múlieris
Vérba. — Iube modo ádferatur múnus, uocem réddam ego

Digitized by Google

Ténuem et tinnulam . . . . . .

'Etiam nunc uocém deducam? 60

Macrobius Sat. VI 4, 13 'deducta uoce .. sed haec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellania, quae Kalendae Martiae inscribitur, ait: uocem ... tinnulam et infra [4].' Cf. Munkius p. 49 sq.

1 uideantur mulieris *Bothius* mulieris uideantur *ω* 2 iube ergo *Salisb.* unus *Par.* uocem reddam ego *x* ego uocem reddam *ω* ego uocem dabo *vel* uocem reddibo *olim proposui, ac ne nunc quidem paenitet* ego uocem tibi Reddam t. et t. *Bentleius* tenuem et tinnulam Vocem ego reddam *Munkius* *Valde arrident elegantiores Buecheleri versus* uócem d. o., út uideatur múlieris. ſ Iúbe modo adferátur munus, réddam ego teneram et tínnulam. *Deinde unius minimum versus lacunam esse censeo* 4 *Interrogandi notam posui*

LAR FAMILIARIS

. . oro te, uáso, per lactés tuas

Priscianus p. 686 P. 'hae lactes partes sunt intestinorum a Graeco *γαλαχτίδες* dictae, et seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est ... Pomponius in Lare familiari: oro' e. q. s.

te oro *ω*, *transposui* uaso, *i. e.* uasate *scripsi* baso *ψ* ba=so *Barb.* basso *Sang.* bas^{o}= (e *eras. ut vid.*) *Grut.* base *Reg.* basse *χ* basse *vel* Basse *vulgo* Basse, ⟨quaeso⟩ *Bue*

LENO

Cáseum molle

Charisius p. 60 P. 'caseus masculini generis est ... sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone: caseum molle.' Beda de orthogr. GL VII 266 K. 'caseus ... Pomponius neutraliter dixit: caseum molle.'

MACCVS

Cf. Ritschelii Parerg. I 133 sq.

I

Quíd futurum est, sí pol hanc ego díscere artem attenderim?

Digitized by Google

Nonius 238, 16 'attendere est intendere .... Pomponius Macco: quid' e. q. s.

probe *conieci* hanc ego *Munkius* ego hanc ω si pol (*vel* pol si) discere artem ego hanc *x*

II

Cónforisti mé, Diomedes.

Nonius 114, 12 'foria, stercora liquidiora. Pomponius Maccho: c. m. D.'

conforiasti *Salmasius Cf. schol. Iuvenal. III* 38 me, Diomedes] *an* med edio medi? *Cf. Titin.* 111

MACCI GEMINI

I

Sero ést: si sexta tíbi placet, ueníbo . . . .

Nonius 508, 23 'uenibo pro ueniam. Pomponius Maccis geminis: sero' e. q. s. (in actis geminis Bamb.)

si sexta, *ut scripsi, Colb.* si sexta si *Ba* sexta si φ

II

Iam égo inibi adero: dum égo reuortor, áge, anus, accinge ád molas.

Nonius 469, 28 'accinge pro accingere. Pomponius Macchis geminis: iam' e. q. s. (machis Bamb. inachis Par. P)

inibi *Lipsius* mihi ω reuertor *Ba* amus *Ba* accingere *Ba*H^1L, re *adpuncto W* adcingere *P*

III

⟨A⟩ périi! non puéllula est. numquíd ⟨nam⟩ abscondidísti Intér nates?

Nonius 75, 27 'abscondidit pro abscondit. Caecilius Exule [I] Pomponius Maccis geminis: perii' e. q. s. Cf. Aristophanis Thesmoph. 643 sq.

puella *ante Aldinam* puerula *x* nunc quid abscondidisti (abscondisti *P*) ω num quid abscondisti *Aldina Senariorum alterum* numquíd, ⟨mea uirgo,⟩ a. i. n. *prop. Bue*

Digitized by Google

IV

Incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

Nonius 470, 31 'intui et contui pro intueri ... Pomponius Macchis geminis: incoepi' e. q. s. (Machis Bamb.) Vide praeterea inc. fab. I.

incepi *Aldina* incoepi ω contui *om. W*[1]

MACCI GEMINI PRIORES?

Non diversam fuisse a fabula superiore ipse versiculus reddit probabile. Cf. Ritschelius Parerg. I 135.

Quín bono animo es? uídeo erepsti prímiter de pánnibus.

Nonius 154, 25 'primiter pro prime, et primitus pro primo. Pomponius accius geminis: quin bono' e. q. s. Idem 488, 30 'pannibus pro pannis. Pomponius Macchis geminis: bono' e. q. s. (Pomponius om. P machis BaHP macchis LW) Idem 506, 24 'es pro esto ... Pomponius Magis geminis: bono' e. q. s. Charisius p. 188 P. 'primiter: Pomponius in Maccis geminis prioribus: bono animo es, eripis primiter.' (prioribus e pannibus ortum et transpositum esse ingeniosa Buecheleri suspicio est)

quin *om. Nonius p.* 488. 506, *Charisius* bonanimo *P* bona animo *Ba* est *Non. p.* 154 ω uideo *om. Charisius* erepsti *Bue decl. lat.* 66 eripis te *Non. p.* 488 ω eripis *p.* 154 ω, *Charisii cod.* derepis (depis *W*) *Nonii p.* 506 ω erepisti *Vossius* eripuisti *Junius* 'ex vetusto codice' erepsisti *fuit qui in iambico octon. positum tueretur* primit" *Ba p.* 488 panibus $F^1H^2L^2W$ *p.* 154 *Personas distinguit x*

MACCVS MILES

I

nam cibária

Vicém duorum mé comesse cóndecet

Solúm.

Charisius p. 101 P. 'duorum Pomponius in Macco milite: nam' e. q. s.

1 nam si cibaria *ed. pr.* duorum solum me c. c. *cod., transposui* solum, *nisi glossema potius existimandum erit.* duorum solum me esse condecet *Machly*

Digitized by Google

II

73 Cum cóntubernale púgnaui, quia meám cenam . . .

Charisius p. 99 P. 'contubernale Pomponius in Macco milite: cum c., inquit, pugnaui, quia m. c.'

Septenarius vel iambicus vel anapaesticus contubernale *cod. quod* contubernalei *olim interpretatus eram, ut annal*: *idem Romanus p.* 97 *memorat, disertum autem de vocali testimonium deest utroque loco, nec decerni potest ablativi terminationem utrum longam an brevem haberi voluerit poeta.* contubernale ego *Bothius in senario* q *h. e.* quia *cod.* quod *ed. p* qui *coni. Keilius, non male. In exitu versus* cenauit *supplen potest. Senariorum frusta* cum contubernale pugnaui qui Meám cenauit cenam *parum numerose distribuit Hauptius Herm. II* 216. *Creticos tales* átque cum cóntubernále pugnáui, Qui meam cénam [edendo fidem fregit] *effecit Bue*

MACCVS SEQVESTER

Símile est, quasi cum in caélo fulgit própter lunam lúcifer.

Nonius 506, 8 'fulgit pro fulget . . . Pomponius Macco sequestre: simile est' e. q. s.

quasi *MO* quas *ω*

MACCVS VIRGO

75 Praéteriens uidít Dossennum in lúdo reuerecúnditer
Nón docentem cóndiscipulum, uérum scalpentém natis.

Nonius 516, 22 'reuerecunditer' ('uerecunditer' BaHL 'Pomponius Maccho uirgine: praeteriens' e. q. s. (macco plerique secundum Quicheratium Virgine Bothius uirginem *ω*

1 uidi *Bothius* Dossennum *Bothius* dossensum *Ba* duossensum *φ* 2 cor discipulum *coni. x* uererum *Ba* nates H^1P

MEVIA

Díes hic sextust cúm nihil egi, díe quarte emoriár fame.

Gellius X 24, 5 'diequinte enim et diequinti pro aduerbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta . . . .

Digitized by Google

uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia scribitur: dies' e. q. s. (metui ascribitur optimi libri) Macrobius Sat. I 4, 22 'modo diequinti, modo diequinte pro aduerbio . . . ecce uenit illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia inscribitur: dies' e. q. s. (Mebia vel Maebia libri)

sextust *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 29 sextus *ω* tertius *Scriverius* nil *commendat Fleckeisenus* edi *Pontanus* die septime *Pontanus* emoriar *Scioppius* moriar *ω* *De forma* diequarte *cf. Fleckeisenus l. l.*

MAIALIS

Glossaria excerpsit G. Loewe Prodr. 377.

I

. . . animos Vénus ueget uoluptátibus.

Nonius 183, 1 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum est. Pomponius Maiali: animos' e. q. s.

II

Míseret me eorum, quí sine frustis uéntrem frustrarúnt suum.

Nonius 473, 17 'frustro pro frustror. Pomponius Maiali: miseret' e. q. s.

Trochaeos commendantem Muellerum prosod. Plaut. 612 *secutus sum, iambos olim exhibueram* meorum W^1 frustris BaL^1W^1 furstis H^1 fustis P fructis C

III

cenam quaéritat: 80

Sí eum nemo uócat, reuortit maéstus ad maenám miser.

Nonius 476, 1 'reuortit.' Cum hoc fr. Meinekius comparat Timoclis versus qui in com. Graec. II p. 456 fr. 11 K. extant; cf. maxime haec: *ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, Γενόμενος ὀφωνεῖ παρ' αὐτὸν οἴκαδε κ. τ. λ.* Cf. meam Colacis descriptionem p. 39.

2 *Trochaeos iambis praetuli* maenam *mss. Gothofredi* menam *φ*

Digitized by Google

MARSYA

Arnobius adv. nationes II 6 'unde quaeso est uobis tantum sapientiae traditum — —? quia per casus et tempora declinare uerba scitis et nomina — — quia numerosum et structum compositumque sermonem aut ipsi uos nostis ecferre aut incomptus cum fuerit scire, quia fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis — —?' (sequuntur rhetorum et dialecticorum studia inania).

Cf. Munkius p. 87.

MEDICVS

Dolásti uxorem. — Núnc ea propter mé cupis
Concídere? — Etiam rhétorissas?

Nonius 166, 1 'rhetorissat. Pomponius Medico: dolasti' e. q. s.

1 dolasti EF^aH^1 dalasti φ chalasti *coni. inscr. Pomp.* 2021 *coni. Bue* *Distribui personas, ut respondeat noxius* 2 etiam *Bothius, qui alteri personae haec tribuit*

MVNDA

I

Ego íllam non ampléctar? ego non sáuiem?

Nonius 474, 12 'sauies. Pomponius Munda: ego' e. q. s. amplectare *Ba* sabiem (sabiaem *Ba*) ω suauiem *Junius*

II

Sí calendis ⟨dómi⟩ conuiuant, ídibus cenánt foris.

Nonius 474, 20 'conuiuant pro conuiuantur.'

domi *Duebnerus, om.* ω conuiuant *ed. pr.* conuiuantur ω

NVPTIAE

Farínam insipui cóncussi condépsui.

Digitized by Google

Nonius 39, 12 'condepsere, commiscere, a Graeco tractum . . . Pomponius Nuptiis: partem' e. q. s.

farinam *scripsi*: *cf. Cato de re r.* 76, *Pauli Festus p.* 105 '*insipere far*' patem L^1 partem φ far patenae *Bergkius* patellae *anon. ap. x* partem insipaui *Junius* insipui partem *Munkius. Vel primam versus syllabam vel* huc *ante* insipui *excidisse olim statuebam* concussi *scripsi* conclusi ω, *in quo merito offendit Bergkius* contrusi *Maehly* contusi *Hildebrandus ad Arnob.* V 29 condempsui *W*

PANNVCEATI

Nomen quid sibi velit (cf. Macc. gem. pr.) maxime produnt fr. V et VI. Fr. IV uxor dotata (I) queri videtur, quod misericordia quadam commota indignum pecunia sua beaverit. Panniculos intellegit Dieterich Pulc. 146.

I

séd meus

Fráter maior, póstquam uidit mé ui deiectúm domo,
Núpsit posteriús dotatae uétulae uaricosaé uafrae.

Nonius 143, 27 'nubere ueteres non solum mulieres, sed etiam uiros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.' Apte comparatur Martialis VIII 12.

2 ui deiectum *Mercerus* in deiectum ω, *nisi quod* inde eiectum *Vrbin.* 307: *saltem* inde deiectum *corrigendum erat* illa d. *x* *Vnum versum* séd meus frater m. p. uídit me eiectúm d. *Bue proposuit* 3 uafrae *Junius* afrae ω

II

Sárculum hinc illó profectus íllim rediistí rutrum. 90

Nonius 18, 21 'rutrum dictum est a radendo.' ('ruendo' Mercerus).

profectu's *olim edidi*, *nec nunc repudio* illim H^3, *Gifanius* illum φ redisti ω, *corr. Bothius* *De correpta* u *in* rutrum *Lachmannus in Lucr.* 36

III

Díxi ego illud futúrum: in prima uálua est, uix haerét miser. —
'Euannetur ét mea socius ópera ut fiat fécero.

Digitized by Google

Nonius 19, 22 'euannetur dictum est uentiletur uel moueatur, a uannu,' ('uentilabitur uel mouebitur, a uanno' Lachmannus ad Lucil. 230) 'in qua legumina uentilantur.'

1 in *om.* H^1 in spica palea est *Lachmannus* infirma ualua est *Bue* in prima uolua est *x* miser *Bothius* misera *ω* sera *Bue* 2 socius *scripsi* ocius *ω* (*tueri videtur Leo F. F.* 241) otium *Lachmannus* occlusa *Bue* *An* fias? mea fecero opera ut fiat ocius *x*

IV

Quíd? dedi nebulóni, quem pertísumst ⟨esse⟩ paúperem

Nonius 18, 32 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant' (obiciebant' x) 'aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia.'

pertisumst esse *scripsi* pertesunt, *om.* esse, *ω* pertesum *Aldus* pertaesum est *Bothius* pauperem *ψ* pauperum P^1?

V

paenulam ín caput

Indúce, ne te nóscat.

Nonius 537, 7 'paenula est uestis, quam supra tunicas accipimus.'

1 incede *Ba* '*sed* ce *ut vix possit certo legi*' p. ¦ in cáput induce *x*, *fort. melius*

VI

Múlier ubi conspéxit tam mirífice tutulatám truam

Nonius 19, 15 'truam ueteres a terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt.'

conspexit *Bothius* aspexit *ω* iam aspexit *x* truam *FH* trullam *φ*

VII

Néque interim cacándi causa úmquam incoxauí nate.

Nonius 39, 8 'incoxare, in coxam sidere.'

Trochaei an iambi sint, ambiguum candida *HPW* cumquam, *quod adlitteratione commendatur, hiatus vitandi causa*

Digitized by Google

scribi velim (*cf. Muellerus prosod. Plaut.* 356 *sq.*) umquam *ω* umquam usquam *x* ego umquam *Onions* incoxamui EH^2 L^1PW nates *ms. Fabri* natem *praestaret*

VIII

Núnc roges quid fíat: restis uílis est, uelét gulam.

Nonius 416, 15 'uelare est coperire, unde et reuelare nudare dicitur. Velare rursum ligare.'

roges *scripsi* (*item Quicherat*) rogis *ω* rogas *Ald.* uilis est *Turnebus* bile est *B* bilest est H^1 biles est *φ* uilest, ea *coni. Leo Pl. F.* 259 gylam *ω*: *cf. Caper in CGL* VII 105 *K.*

PAPPVS AGRICOLA

Rus ex urbe inproviso redeuntem Pappum intellegi fr. III probabiliter statuit Munkius p. 34.

I

Néscio quis molám quasi asinus úrget uxorém tuam,
'Ita opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

Nonius 477, 4 'manducatur pro manducat.' (agricolanus scio H)

1 molam quasi asinus urget *A. Luchs Herm. VI* 269 ellam urget quasi asinus *ω* quasi molam urget asinus *olim conieceram, quod si in H'i scriptura* nunc scio *latet, teneri potest* quasi asinus eccillam urget *non sufficere videtur* 2 ita *om.* H^1P simitu (*sed falsa mensura*) *Bothius* simul *ω* molit *Junius* molet *ω* *'Velata facie' et 'luminibus obtectis' etiam apud Apuleium metam. IX* 11 *asinus ad molendum circumagitur*

II

. . . . . dómus haec feruit flágiti.

Nonius 498, 4 'genetiuus positus pro ablatiuo uel aduerbium loci . . . Pomponius Pappo agricola: domus' e. q. s. Idem 503, 8 'feruit pro feruet . . . Pomponius Agricola: domus' e. q. s.

fuerit flagitii *P p.* 503 fuerit placiti (plauciti *C*) *ω p.* 498

Digitized by Google

III

Vólo scire ex te, cúr urbanas rés desubito déseris.

Nonius 517, 28 'desubito ..... Pomponius Pappo agricola: uolo' e. q. s.

deferes *P*

IV

Núnc quando uoluísti facere, fác uoluptatí sies Ibus.

Nonius 486, 19 'ibus pro his minus Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat . . . Pomponius Papo agricola: nunc' e. q. s.

1 noluisti *BaHL* uoluntati *C* sies Ibus *vel* sis ibus *Lachmannus in Lucr.* 262

PAPPVS PRAETERITVS

Populís uoluntas haéc enim et uulgó datast: Refrágant primo, súffragabunt póst, scio.

Nonius 468, 7 'suffragantur.' ('suffragant pro suffragantur' recte Junius) 'Pomponius Mappo praeterito: populis' e. q. s. 'Sisenna . . . suffragauerunt.' (Pappo Bentinus Macco Rothius) Cf. Nov. Papp. praet.

1 uoluptas *Junius* enim *scripsi* est *ω* datast *scripsi* datas *ω* 2 refragant primo, subfragabunt post scio *Rothius* refragabant per suffragabunt post scio *Ba* refragabunt pro subfragabunt post scio (*nisi quod* post scio *om. C*) *φ*: quae *vulgo pro corrupto et manco lemmate habebantur.*

PARCI

Nón erat qui córpus tremulum fámula tutarét toga.

Nonius 476, 10 'tutant ... Pomponius Partis: non' e. q. s. (Parcis Bothius Patruo Bentinus)

qui *scripsi* quid *ω* quod *Aldina*

PATRVVS

Mírum facies, fátue, si stud nímium mirabís diu.

Digitized by Google

Nonius 474, 25 'mirabis. Pomponius Patruo: mirum' e. q. s. (Pappo Junius)

facies fatue, mirum *x* si stud nimium *Lachmannus in Lucr.* 197 sistudium *ω* si istud studium *Vossius. An* si stud mirum?

PHILOSOPHIA

'Ergo, mi Dossénne, cum istaec mémore meministi, índica,
Quí illud aurum abstúlerit. — Non didici áriolari 110
grátiis.

Nonius 514, 23 'memore pro memoriter. Pomponius Philosophia: ergo' e. q. s. (phophia ms. Junii Philosopha Bothius Philosopho Gebhardus Philosophis Duentzerus) Priscianus p. 1014 P. 'Pomponius de philosophia: cum istaec memore meminit, pro memoriter.' Et nomen fabulae et versus commentatus est Mercerus.

1 mi Dorsenne *Mercerus* ni dossedne *ω* mihi Dossennum *Ed. Becker* (*cf. coroll.* LXXXI) istaec *Ba C Nonii et Prisc. ψ* istae *Bamb. Prisc.* istahaec *Non. φ* memorero *Ba Nonii* meminit *Prisciani ω* 2 quid *W* illum *P* ariolari H^2W^2 aiolari W^1 hariolari *φ* gratiis *Mercerus* gratis *ω*

PICTORES*

Cf. Ζωγράφοι Anaxandridis, Ζωγράφος Antiphanis Diphili al. Sed dubium est, an non forte Piscatores potius fuerint, praesertim cum ipsa codicum scriptura fr. II. VI et VII (Pistoribus) eo ducere videatur. Certe horum duorum exemplorum sedes ambigua est. Pistores commendat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 309.

I

Páppus hicin médicus habitat, sénica non sescúnciae?

Nonius 17, 20 'senica significat senex.'

hicin medicus *scripsi* (hic mendicus *olim*) hic in medio *EFHLP* hic medio *W* hic in aedi *Scaliger* senica *W* seneca *φ* sescunciae *Turnebus* sescuntiae $F^1H^1L^1$ sescuntia *φ*

Digitized by Google

II

Mágnus manducó camellus . . . canthérius

Nonius 17, 15 'manducones, qui manduci dicti sunt, et mandones, edaces.' (pistoribus W^1)

manducus ω *contra lemma* camellus *libri Turneb* camillus φ camelus *Mercerus* *Inseri e. c.* calcitro *potest* canterius ω *Alii senarium tenuerunt, e. c.* magnús camelus manducus c. *Munkius* m. manducus, casmillus c. *Quichera* m. manduco's, c. c. *x*

III

'Ipsus cum uno séruo senex intéstato proficíscitur.

Nonius 323, 27 'intestatus est, qui sine testamento perit. Intestatus est rursum, cuius uerbis fides non habetur.'

Iambi haud facile cuiquam praeter Muellerum prosos Plaut. 143 *placebunt.* ipsius BGH^1P seneca *x* intestato *om. B*

IV

'Asside, si quá uentura est ália strena strénuae.

Nonius 17, 1 'strena dicta est a strenuitate.'

aliqua *conieci* strenuae *Passeratius* strenae ω strenua *Bentinus*

V

115 Quae túleram mecum mília decém uictoriáta,
In Graéca mercede ílico curáui ut occupárem.

Nonius 356, 7 'occupare, collocare.'

1 uictoriatum *Junius* 2 mercede ω, *suasore Bue restituit* merced *Bergkius symbol. I* 66 (*idem* merce id *probari posse arbitratus*) occuparet L^1

VI

Númmos certos dícas. — Dico quínquaginta mília.

Nonius 280, 18 'dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus: nummos' e. q. s. (Pictoribus Mercerus Pistore : ibus *x*)

Digitized by Google

VII

Mírum ni haec Marsa ést, in colubras cállet cantiúnculam.

Nonius 482, 7 'sic et callet illam rem pro illa re. Pomponius Pictoribus: mirum' e. q. s. (Pistoribus W^1)

haec . . . *H* colubres *Ba* cantiunculam *Passeratius* canticulam *BaHLP* canticulum *W*

PISCATORES

I

Quíd habes in surpículis, calue? — 'Omne piscatí genus.

Nonius 488, 15 'piscati pro piscatus. Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s.

syrpiculis *ω* em (*vel* habeo) omne *Muellerus prosod. Plaut.* 592

II

Nescío quid: non est hóc merum, quod hic plórat 120

Nonius 344, 13 'merum, sincerum. Pomponius Piscatoribus: nescio' e. q. s.

Septenarium iambicum discripsi, *qui transpositis* hic quod *etiam leniri possit: nam haec quoque notatio* quod híc plorat . . . *durior est. Trochaeos tales*: néscio quid, sed non est hoc merum hic quod plorat . . . *olim feceram. Non placent sic discerpta*: merum, Quod hic plórat nescío quid] *cf. A. Luchs Herm. VI* 269. 271 *sq.* hic *del. x* parat *in senario Bue*

III

Quid hoc ést tumulti?

Nonius 484, 2 'tumulti pro tumultus . . . Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s. (Piscatoris W)

quid *C*, *Aldina* quod *φ* est hoc W^1

PISTOR

I

Décipit uicínos: quod moléndum conduxít, comest.

Digitized by Google

Nonius 81, 21 'comest pro comedit ... Pomponius Pistore: decipit' e. q. s.

conduxi *P*

II

Nám plus quaesti fácerem, quam quadrínas si haberém molas.

Nonius 483, 25 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus ... Pomponius Pistore: nam' e. q. s.

rinas, *suprascr.* quadri, *L* quadrina *Ba C* malos *H W*

III

⟨Flét⟩, fit desubito hílarus; tristis sáltat; ridens ríngitur.

Nonius 517, 29 'desubito .... Pomponius Pappo agricola [III] idem Pistore: fit' e. q. s.

flet (*quo* fit *mutari voluerat Junius*) *suppl. Bue; primam versus syllabam deesse ipse olim statueram Reliqua commode distinxit Bue* fit desubito tristis, hilarus saltat, ridens ringitur *Bergkius* fit d. idem hilarus tristis *e. q. s. x*

IV

. . nisi nunc áliquis subito óbuiam occurrít mihi,
Qui óquiniscat, quó conpingam términum in tutúm locum

Nonius 146, 24 'oquiniscere est proprie inclinari. Pomponius Prostibulo [I] idem Pistore: nisi' e. q. s.

1 pereo *praemittas: alii medium versum mutilum esse statuerunt. Muellerus prosod. Plaut.* 592 *hiatum in caesura* desubito *scribendo tolli vult. Medium versum, si mutilus sit, expleri inserto* properans *post* subito *monui in proecdosi.*
2 qua *Vrbin.* 307 in tutum in totum locum *E F H*[1] *L*[1]

PLACENTA

rústici

Edúnt libenter trístis atros íntubos.

Nonius 209, 4 'intiba generis neutri ... masculini Lucilius satirarum lib. V: intibu' praeterea pedibus prae-

Digitized by Google

tonsus equinis. Idem XXX: pulmentaria, ut intubus ... Pomponius in Placenta: rustici' e. q. s.

2 libenter pedibus tristis ω: *delevi* pedibus *dittographia ex Lucilii exemplo inlatum* l. pedibus tritos *Munkius in septenario troch.* (*cf. coroll.* LXXXI) adros F^1L acres *Aldina* intibos EF^3HW intribos F^1L

PORCETRA

Gellius XVIII 6 'ex eo libro' (Aelii Melissi de loquendi proprietate) 'uerba haec sunt: matrona est, quae semel peperit; quae saepius, mater familias: sicuti sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scrofa ... de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae hoc eodem uocabulo inscripta est.' PORCETRAM, PORCARIAM, PORCVM unam eandemque fabulam habeo. De Porcaria cf. Ritschelius Parerg. I 141.

I

Sciúnt hoc omnes, quántum est qui cossím cacant.

Nonius 40, 29 'cossim dictum, quasi coxim. Pomponius Porcaria: hoc' e. q. s.

sciunt hoc *Guietus* hoc sciunt ω. *An* hoc scibunt?

II

Décedo cacátum: ⟨num qu⟩ae praéstu⟨st hic⟩ ueprécula? 130

Nonius 231, 13 'uepres ... feminini Pomponius Porto per hypocorisma: decedo' e. q. s. (Portitore Junius Porco Bothius)

decedo cacatum *om.* F^1L uepra est ueprecula ω, *explevi duce Bue, qui* ⟨num quae est hic⟩ praestu u. *proposuit conl. CGL* VII 157, 22 *K. et Lucr.* II 1068 a uepre est u. *ut grammatici nescio cuius adnotationem seclusit x* uipera est in ueprecula *Junius* (eccam in ista u. est u. *edideram*) uide prope est ueprecula *Scaligerum secutus Munkius*

PRAECO POSTERIOR

Cf. Ritschelius Parerg. I 134.

I

Séd me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

Digitized by Google

Nonius 17, 21 'senica significat senex. Pomponius Pictoribus [I] idem Praecone posteriore: sed' e. q. s.

sed me sed exercet *W*, *in quibus videri potest* sed med *latere*

II

Vís facere ut nouérca uetulum dérepente déserat?

Nonius 518, 16 'derepente ... Pomponius Praecone posteriore: uis' e. q. s.

III

'Ad Veneris proféctust mane uétulus, uotum ut sólueret. Ibi nunc operatúr.

Nonius 523, 10 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare, uel conuiuari. Pomponius Praecone posteriore: ad' e. q. s. (posterior Bamb.)

1 profectu'st *Munkius* profectus est *Ba* profectum est *P* profectu est φ est profectus *numeris lenioribus iambicis olim edidi* 2 operatur *conieci ut Quicheratius* operatus est ω operatu'st *Munkius*

IV

135 cálue, adportas núntium
Nóbis disparém diuisum: huíc seni senium ét metum

Nonius 2, 27 'senium est taedium et odium dictum a senectute ..... Pomponius Praecone posteriore: calue' e. q. s.

2 diuersum *Quicheratius* *Hiatum facile est inserto* nam *tollere suppleto scil.* adfers *verbo*

V

'At te di omnes cúm consilio, cálue, mactassínt malo!

Nonius 342, 11 'mactare malo adficere significat ... Pomponius Praecone posteriore: at' e. q. s.

VI

Sí sciam quid uelís, quasi serui cómici conmíctilis

Nonius 83, 2 'conmictilis. Pomponius Praecone posteriore: si' e. q. s.

sciscam *Quicheratius* uis *Bothius*

Digitized by Google

VII

Tergum uarium . . . . . linguám uafram

Nonius 19, 31 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum.'

tergum uarium, linguam uafram *continuavit Nonius mediis ut puto omissis, nisi forte in sonorum similitudine quadam ludens poeta* uaferam *distraxit.* linguamque uafram *anapaestis Bergkius* l. autem uafram *x*

VIII

'Age modo : stic gárri. particulónes producám tibi. 140

Nonius 20, 5 'particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant.'

garro H^1: *an* gerro? sta, Cai *Palmerius* particulones produc antibus uel producam tibi (*sic*) *Vrbin.* 307 particulones produc antibus φ produc particulones antibus *x*

IX

Quót laetitias ínsperatas módo mi inrepsere ín sinum!

Nonius 500, 26 'accusatiuus pro nominatiuo.'

quot *Junius* quod ω inspiratas *Ba* mihi ω quot laetitias insperatas modo mi inrupere in sinum, *omisso quod praecesserit subiecto, Ritschelius opusc.* IV 140; *nominativum pluralem Oscorum more positum censebant Bergkius in ephem. suis* 1851 *p.* 17 (*cf. symbol. I* 100 *sq.*) *et Huschkius monum. Osc. et Sabell. p.* 312; *nec ipse Ritschelius nov. excurs. Plaut. I* 117 *aspernatus est vetustas formas. Dialectum reddidisse poetam Atellanium opinatur Lindsay in gramm. lat.* 398, *quocum consentio. A transitivo verbo* inrepsere *accusativos pendere censuit Bue decl. lat.* 17, *idemque suspicatur Pottius in ephem. compar. ling. dicatis I* 321; *pro soloecismo habebat Bernhardy hist. litt. Rom. adn.* 334 *p.* 434

X

Ego dédita opera té, pater, solúm foras
Sedúxi, ut ne quis ésset testis tértius
Praetér nos, tibi cum túnderem labeás lubens.

Cicero de orat. II 63, 255 'notissimum ridiculi genus cum aliud expectamus, aliud dicitur. Hic nobismet ipsis noster error risum mouet. Quod si admixtum est etiam ambiguum, fit salsius, ut apud Nouium uidetur esse misericors ille, qui iudicatum duci uidens percontatur ita: quanti . . . nummum. Si addidisset tantum modo ducas licet, esset illud genus ridiculi praeter expectationem, sed quia addidit nihil addo, ducas licet, addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem uidetur, salsissimus.' Naeuium Laudun.

addictust *mutili, nisi quod* adductust *Harl.* addictus *Laudun.* est adducta *χ*

XII

. . . . . sápiens si algebís, tremes.

Cicero de orat. II 70, 285 'praeter expectationem accidit, ut testem omnium risus obrueret. Huius generis est plenus

Digitized by Google

Nouius, et iocus est familiaris: sapiens ... tremes, et alia permulta.'

XIII

⟨Si⟩ sálliturus ístaec est, mittám salem.

Priscianus p. 910 P. 'sallio sallitum facit, sallo salsum ... Lucilius in VIII: sallere ... Inde etiam participia futuri salliturus et salsurus. Nouius: salliturus ... salem. Mummius' e. q. s. (Nouius Bamb. neuius Halb. Barb. lucuius, del. et sup. neuius, Reg. incui' Bong. lucius Grut. liuius Carolir. lucilius Sang., de quo tamen in editione Hertzius nihil testatur)

istec ē salliturus *Barb.* *Vtrum* est *an* es *verius sit dubito*

Fr. XIV Naevio reddidi, cuius inter inc. com. fr. extat XXVIII.

XV

dicteria

Macrobius Sat. II 1, 14 'Nouius uero Pomponiusque iocos non raro dicteria nominant.' (Neuius Bamb. Gud.)

Nescio unde hauserit Scaliger quod ex 'Vincentii epistola' Bernaysius p. 249 libri sui descripsit: 'concacare lectum barbarum est. percacare dicendum erat, ut Nouius Atellanarius dixit permerdare aliquem; Graeci *καταχέζειν τινός*.'

MVMMIVS

EX INCERTIS FABVLIS

I

†riunius

'Ad spectacula ést uidere, in téstu quantum sít caput.

Charisius p. 118 P. 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius in atellania riunius ad spectacula' e. q. s. (Atellana Junius ed. pr. Atellania riunius edidit Keilius A. Ricinius coni. Hertzius Riuinus conieceram, sed Riuino expectares. Cf. Onomast. 'riuinus, *ἀντίζηλος*'

Digitized by Google

In Asinariae Plautinae argum. v. 6 'riuinus amens' seruauerunt libri. Iunius titulum tenet A. Dieterich Pulcinella p. 106. 108.

uiri unius | ad *prop. Bue*

II

nóstri maiorés uelut
Bene múlta instituere, óptime hoc : a frígore
Fecére summo séptem Saturnália.

Macrobius Sat. I 10, 3 'Mummius quoque, qui post Nouium et Pompônium diu iacentem artem Atellaniam suscitauit: nostri, inquit, maiores' e. q. s. (mīmius Par. Eyssenhardto teste. 'et Pomponium' om. Bamb.)

2 hoc optime *ω*, *transposui* 3 facere *Bamb. Par. f Borb. Gud. m. pr.* summo dies septem *ω*, *eieci glossema*

III

. . . . . ístaec sum multó sale
Salsúrus

Priscianus p. 910 P. 'salliturus et salsurus. Nonius . . . Mummius: istaec' e. q. s.

APRISSIVS (?)

Io búcco! — Quis me iúbilat? — Vicínus tuus antíquus.

Varro de l. l. VI 68 M. 'ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum; itaque hos imitans Aprissius ait: io bucco!' e. q. s. (chrisippus Vindob. Attius Scaliger. Conieci Aprodisius Aquisius, Buechelerus Apussius proposuit)

Septenarium iambicum dimensus sum, pro trochaico habuit x io *interiectione extra versum posita. Alia proposuit Spengelius* io *pyrrichium aequat in Plauti Pseud.* 703 uicinus antiquus tuus *x*

Digitized by Google

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Varro de l. l. VII 95 M. 'dictum mandier a mandendo, unde manducari, a quo in Atellanis Dossennum uocant Manducum.'

Dossenum O. Muellerus ad obsenum Flor. ad obscenum (obscoenum) Goth. Haun. Guelf. obesum L. Spengel Cf. Festi p. 128 'manduci effigies'. Plauti Rud. 535 Isidori gloss. (CGl. V 633 G.) 'dorsennus, persona parasitorum.'

II

Hospés, resiste et sóphiam Dossenní lege.

Seneca epist. 89, 6 'sapientia est, quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus: hospes' e. q. s.

sophiam *Rehd.* sophisma *Guelf.* sophian φ

III

Venít Dorsennus á uilla . . . . .

Suetonius vita Galbae 13 'quare aduentus eius non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellanis notissimum canticum exorsis uenit Dorsennus a uilla cuncti simul spectatores consentiente uoce reliquam partem rettulerunt, ac saepius uersu repetito egerunt.' Chori seu catervae canticum hoc esse dicit G. Hermannus opusc. I 298.

De numeris cantici certi nil ausim adfirmare: initio versus fortasse post uénit *interiectio aliqua, fortasse* heu, *secuta est* Dorsennus *GA Schmidt in ephem. Darmst.* 1840 *p.* 1232, *item Lachmannus* ione simus ω, *nisi quod* oñsimus *Viterb.* io, Onesimus *Muretus Dactylicum carmen* uénit Onésimus á u. *commendat Bue*

IV

Hírcus uetulús capreis náturam ligúrrit.

Digitized by Google

Suetonius vita Tiberii 45 'unde nota' ('mora' Rothius ex optimis libris) in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit: hircum uetulum capreis naturam ligurrire.'

Sotadium notavi, senarium ligúrrit naturam hírcus uetulus Cápreis *Bue proposuit*

V

'Υγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ . . .

* * *

Orcús uobis dúcit pedés . . . .

Suetonius vita Neronis 39 'Datus Atellanarum histrio in cantico quodam *ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ* ita demonstrauerat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudi Agrippinaeque significans: et in nouissima clausula: Orcus uobis ducit pedes, senatum gestu notarat. Histrionem et philosophum' (Isidorum Cynicum, de quo sermo fuerat) 'Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summouit uel contemptu omnis infamiae uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.'

1 *sq. Versus prioris numeri iambici, alterius bacchiaci videntur esse*

VI

Si quíd monumenti nácta est qui eum requíreret. — Est úngulus, quem ei ⟨uí⟩ detraxit ébrio.

Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus, ut ..... si quid' e. q. s. 'Pacuuius in Iliona [XVI].' Inter Atellanae fragmenta reliqui, quia Oscum esse vocabulum dicit Festus; quamquam minime certum id esse testimonium neminem fugere potest.

1 qui eum *Lindemannus* qui eorum *cod.* quor *O. Muellerus* 2 ei ui *scripsi* ei *cod.* ennius *Vat. R*

VII

casnar

Varro de l. l. VII 29 M. 'cascum uetus esse significat Ennius . . . item ostendit Papini (l. 'Pompili') *ἐπιγραμμάτιον*, quod in adulescentem fecerat Cascam . . . item ostendit quod oppidum uocatur Casinum . . . item significat in Atellanis ali-

Digitized by Google

quot Pappum senem quod Osci' ('Osce' Mommsenus) 'casnar appellant.' Cf. Festus Pauli p. 47 M. 'casnar senex Oscorum lingua.' Placidus in CGl. V 13 G. 'casinar, senex.' 15: 'casnari, seni Oscorum lingua.' Vaticana gl. ibidem IV 28 'casinar, senex' Isidori gl. 'canier, leuo' (immo 'casnar, leno') cf. Loewe Prodrom. 306 et carm. lat. epigr. 17 B.

VIII

Mesius

Varro de l. l. VII 96 M. 'in pluribus uerbis A ante E alii ponunt, alii non . . . ac rustici Pappum Mesium, non Maesium.' (Maesium Spengelius moesium Flor.)

IX

pellicula

Varro de l. l. VII 84 M. 'in Atellanis licet animaduertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto pelliculam.' Cf. Festus p. 330 M.

X

Cicero de divin. II 10, 25 'totum omnino fatum etiam Atellanio uersu iure mihi esse inrisum uidetur, sed in rebus tam seueris non est iocandi locus.'

XI

Terentianus Maurus 2394 (CGL VI 396 K.) 'frequéns in usu est tale metrum comicis uetustis, Atélla uel quis fabulis actus dedit petulcos, Quia fíne molli labile atque deserens uigorem Sonúm ministrat congruentem motibus iocosis.'

Digitized by Google

Digitized by Google

MIMVS

Digitized by Google

Digitized by Google

DECIMVS LABERIVS

ALEXANDREA

Quíd est ius iurandum? émplastrum aeris álieni . . . . .

Gellius XVI 7, 14 'sed enim in mimo, quem scripsit' (Laberius) 'Alexandream, eodem quidem quo uulgus, sed probe Latineque usus est Graeco uocabulo: emplastrum enim dixit *οὐδετέρως*, non genere feminino, ut isti nouicii semidocti. Verba ex eo mimo adposui: quid est' e. q. s.

Baccheos dimensus erat in M. Hertzii editione Fleckeisenus, iambos in epist. crit. p. 40 *hosce:* quid est iús iurandum? emplástrum alieni aeris . . *proposuit. Ego olim iambici octonarii frustum proposueram, tum trochaeos praetuli* quid est] quidem *Voss.*

ANNA PERANNA

Cf. Ovidii Fast. III 675 sqq.

I

Cónlabella ósculum.

Nonius 90, 21 'conlabella. Laberius annalium peranna: c. o.' (Anna Perenna Junius)

Creticos agnovit Bothius

II

gubernus. planus. nanus.

Gellius XVI 7, 10 'Laberius ... praeterea in Anna Peranna gubernum' (sic correxi coroll. LXXXVI gubernium *ω*) 'pro gubernatore et planum pro sycophanta et nanum pro pumi-

Digitized by Google

lione dicit, quamquam planum pro sycophanta M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit.'

AQVAE CALDAE

I

. . . et iam hic me óptimus somnús premit,
Vt prémitur glis.

Nonius 119, 24 'glis, nominatiuus ab eo, quod sunt glirea. Laberius in Aquis caldis: etiam' e. q. s. Laudat aliquis salutarem aquarum effectum.

1 opimus *Passeratius, quo ad supplendum senarium uti possis, si ante* optimus *inseras* 2 ut premitur F^2, *ms. Fabri* opprimitur φ eo premitur *Bothius. Coniciebam* quo premitur, *ut scripsit Passeratius*

II

podagricus

Charisius p. 58 P. 'podagrosus a podagra bene dicitur, sed et podagricus a pedum aegritudine, cuius exemplum apud Laberium est in Aquis . . . . . ‖ Aeditumus' e. q. s. Sic cod. teste H. Keilio, qui adnotavit litteras a pe, aegri. in Aquis ab ipso quidem iam legi non potuisse, sed editionis princ. auctoritate satis defendi. Quod apud Putschium fertur exemplum podagricus non recessit, item in ed. pr. et apud Fabricium desideratur.

ARIES

Cf. inc. fab. XX.

Vix sustineo lássas clunes

Charisius p. 78 P. 'clunes feminino genere dixit Melissus, et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait: uix sustineo clunes scæuola et Horatius et lassas clunes.' (Sic cod. Neap. 'clunes melissus femī dixit oratius et lassos culunes et melius masī dicitur' excerpta Paris. Collato anonymi de dubiis nom. apud Keilium GGL V p. 575 testimonio hoc 'clunes generis feminini, ut Scaeuola: lassas clunes' M. Hauptius in Ovidi Halieut. p. 74, quem Keilius secutus est, sic scripsit: vix sustineo clunes . . . . et Horatius: pulchrae clunes [sat. I 2, 89], et Scaevola: lassas clu-

Digitized by Google

nes: de Scaevola poeta lascivo disputavit idem in soc. Saxon. annall. 1846 p. 49 sqq.)

AVGVR

lárgiter fecí lucri 8/9

Charisius p. 183 P. 'largiter idem Modestus ait quantitatis. Denique Laberius in Augure: largiter, inquit, lucri feci.'

lucri (luti *cod.*) feci *Charisius, transposuit Bue*

AVLVLARIA

Homo ébriatus sómno sanarí solet. 10

Nonius 108, 8 'ebriolare, ebrium facere, et ebriacus' (ebriatus H^1, Bentinus) 'ebrius. Laberius in Hetaera [I] idem in Aulularia: homo' e. q. s. Ex Plauti, cuius frustum aliquod antecesserit, Aulularia sumptum arbitratur Ritschelius Parerg. I 142, cui adsentitur Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308 in Augure coni. Stephanus.

ebriatus H^1? *Bentinus: cf. v.* 52 ebriacus *ω, vocalem* a *longam metitur x* ebriosus *G. Fabricius*

BELONISTRIA

. . . domina nóstra priuignúm suum
Amát efflictim.

Nonius 104, 25 'efflictim, uehementer . . . Laberius Bellonistria: domina' e. q. s. (Belonistria Junius) Cf. inc. fab. X.

1 *sq. Septenarii frustum* dómina nostra p. s. ámat e. *praefert Bue Cf. coroll.* LXXXVI

CACOMNEMON

Hic est ílle gurdus, quem égo me abhinc mensés duos
ex 'Africa
Aduénientem excepísse tibi narráui . . . . .

Digitized by Google

Gellius XVI 7, 8 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter . . . item in Cacommemone: hic est, inquit, ille' e. q. s. Cf. Quintilianus I 5, 57 'gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.' CGl. IV 84 G. 'gurdus, ineptus uel inutilis.' Loewii Prodr. 82: 'brutus, gurdus'.

1 *Fortasse* hic ille est menses duos *Bothius* duos menses ω 2 aduenientem *vel* huc uenientem *conieci* uenientem ω, *quod seruabat Fleckeisenus numeros trochaicos disponens*

CAECVLI

15/6 Non intellexi. — ⟨Crédidi⟩ te Maúricatim scíre.

Charisius p. 184 P. 'mauricatim Laberius in Caeculis: non' e. q. s. Nomen fabulae Gaetulis voluit esse Bergkius opusc. II 751, contra mimi argumentum ex schol. Veron. Verg. Aen. VII 681 repeti posse monet Bue.

non intellexi *Putschius ex cod. Dousae, om. notata lacuna ed. pr.* ñ int . . . . . *linea extrema cod.* credidi *inseruit Bergkius, om. cod. Idem personas distinxit numerosque constituit*

CANCER

Nec Pýthagoream dógmam doctus . . .

Priscianus p. 679 P. 'neutra eiusdem terminationis' (a) 'Graeca sunt et addita tis faciunt genetiuum . . . haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini . . . . Laberius in Cancro: nec' e. q. s. Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. 98, 33 'Laberius Pythagoream dogmam doctus pro dogma posuit.' Idem p. 109, 3 'Laberius uero dixit: P. d. doctus est.' Cf. inc. fab. XXI.

doctus est *anon. Bern. p.* 109, *ut fortasse* doctust *fuerit, nisi primo pede mancum senarium habemus*

CARCER

Hómo frugi, quod tíbi relictum est rétines miseri-
múnium.

Nonius 214, 20 'miseria, ut saepe, generis feminini. Neutri Laberius Carcere: homo' e. q. s.

Digitized by Google

retines miserimonium *Bothius* (retine *idem* 2) miserimunium retines *ω*, *nisi quod* miserimunium *vocabulum varie deturpatur.* miserimonium obtines *Quicheratius*

CATVLARIVS

CATVLARIVS, sc. mimus interprete Ritschelio.

I

⟨Et⟩ égo mirabar quó modo mammaé mihi
⟨Sic⟩ déscendiderant.

Gellius VI (VII) 9, 18 'Valerius Antias in libro historiarum LXXV uerba haec scripsit: deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catulario ita scripsit: ego mirabar' e. q. s.

1 *sq. Trochaei Bergkio, iambici septenarii* (modo | mammaé) *placuerunt Buechelero* descendiderant *edd., om. Vat. Reg. Guelf.*

II

Numne áliter hunce pédicabis? — Quó modo? —
Video, ádulescenti nóstro caedis hírulam.

Nonius 122, 11 'hillas intestina ueteres esse dixerunt ... Laberius [inc. fab. XII] idem Catulario: neue' e. q. s. Cf. Scylax.

1 *sq. senarios constitui, personas distinxit Bothius* numne *scripsi* neue *ω* nonne *Quicheratius* hunce *scripsi* hunc *ω* genialiter nunc *prop. Bue* 2 hirulam *scripsi* hillam FH^1 hilla *L* illa EH^2PW ilia *Bue* hillas *Junius* hirulas *x*

CENTONARIVS

Laberiani tituli non meminit Marquardtus vitae priv. Rom. 567. 698. Cf. CIL V 1019. 3411 Bormannus inscr. Sassin. 26. 29. 30 sqq.

quare tam árduum
Ascéndas? scindere án concupiisti eúgium?

Nonius 107, 32 'eugium, media pars inter naturalia muliebria ... Laberius in Centonario: qua re' e. q. s.

2 ascen *om. ceteris P* ascendis *Junius* ascendisti *Bothius* scindere an concupiisti eugium *scripsi* an (aut *Vrbin.* 307) con-

Digitized by Google

cupisti eugium scindere *ω* an concupiuisti e. Scíndere *Bothius*
Trochaeos áscendas an cóncupisti eúgium ⟨per⟩scíndere
metitur A. Brock quaestt. gramm. (*Dorpat.* 1897) *p.* 152

COLAX

Figúra humana nímio ardore ignéscitur.

Nonius 481, 7 'ignescitur pro ignescit. Laberius Colace: figura' e. q. s.

figurae humanae *Bothius* nimio ardore *Bothius* inimici ardore *ψ*, *tuetur Bue* nimo nelore *Palat.* uini ardore *comi. x* animi candore *conicio*

COLORATOR

Colorator: cf. IN 4260 CGl II 103, 21 (cf. 27) G.: colorator *στιλβωτής*.

itaque léni pruna cóctus
Simúl sub dentes múlieris uení, bis ter memórdit.

Gellius VI (VII) 9, 4 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit. . . . Item Laberius in Gallis . . . Item idem Laberius in Coloratore: itaque' e. q. s.

1 coctus *scripsi* percoctus *ω* quasi percoctus *Bue*

COMPITALIA

I

. núnc tu lentu's, núnc tu susque déque fers:
Matér familias tua ín lecto aduersó sedet,
Seruós sextantis útitur nefáriis
Verbís.

Gellius XVI 9, 4 'significat autem susque deque ferre animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere et propemodum id ualet, quod dicitur Graece *ἀδιαφορεῖν*. Laberius in Compitalibus: nunc' e. q. s.

Digitized by Google

1 nunc *nolui, ut versum explerem, bis ponere:* a *vel* em *vel aliam interiectionem excidisse puto* tu lentu's *Fleckeisenus* tu lentus est *Thuan.* tu lentus es φ tu lentescis *Bothius* lentus es tu *Scaliger* nun *Reg. Magl.* non *Voss.* fers *om. Lugd.* 2 sanatur familiã *Paris.* tua (*ras. sup.* a) *Paris.* 3 sextantis: *cf. Cicero de or.* II 62, 254 sex tantũ *Thuan.* uerbis nefariis utitur ω, *transposuit Bothius*

II

quó quidem
Me á matronalí pudore prólubium meretrícium
Prógredi coégit. 35

Nonius 64, 11 'prolubium . . . Laberius Conpitalibus: quo' e. q. s.

2 ad prolubium *Guietus* meretricis ω, *correxi*

III

Séquere ⟨me⟩ in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica haéresi.

Nonius 212, 9 'latrina . . . neutro Laberius Conpitalibus: sequere' e. q. s.

seque F^1 me *Bothius, om.* ω gustes H^2, *ed.* 1526 gustus φ

IV

malas malaxaui

Gellius XVI 7, 7 'Laberius . . . item in Compitalibus: m. m.'

malaxauit *Paris. Lugd.* *An* málas malacissáui?

COPHINVS

I

cum prouíncias
Dispóliauit, colúmnas monolitás, labella e bálineis

Nonius 544, 32 'lineas' (lenas Aldina lenis Junius) 'uasi genus Afranius Fratr. XXI: labella lenis. Laberius in Cofino: cum . . . labella lenis.'

Digitized by Google

2 despoliauit *Bothius* molitas *Ba* e balineis *scripsi* lenis *ω* lineis *vel* lineas *Nonius legisse videtur.* labella lenis *ex Afranii loco huc translata esse adfirmat x*

II

manuatus est

Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dixit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio et depudicauit pro stuprauit et abluuium pro diluuio et quod in mimo ponit, quem Cophinum scripsit, manuatus est pro: furatus est. et item in Fullone [I] multaque alia huiuscemodi nouat.' Itaque quo in mimo mendicimonium et moechimonium et adulterio et adulteritas et depudicauit et abluuium locum habuerint, e Gellio quidem non elucet. Nonius autem quae tradit p. 140, 31: 'mendicimonium et moccimonium' (moechimonium Bentinus) 'Laberius in libro quem Cropium' (Cophinum Mercerus) 'inscripsit. in eo uerba haec inueniet qui doctrinae studium putauerit adhibendum. in eo libro quoque maustus' (manuatus Bentinus), 'quod est furatus, inuenire est.' Itemque p. 70, 3 'adulterionem pro adultero Laberius quoprino:' (coprino BaH^2 quo primo W^1 quiprino F^1 Caprino Mercerus Cophino Junius) 'quem si quis legere uoluerit, ibi inueniet et fidem nostram sua diligentia adiuuabit' ex nullo alio fonte nisi ex eodem Gellio hausit eiusque de uno vocabulo testimonium temere ad reliqua transtulit. Cf. Hertzius annall. philoll. 1862 p. 724.

CRETENSIS

40 fármacopoles símium

Deamáre coepit.

Charisius p. 84 P. 'simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius . . . Laberius tamen in Cretensi ait: farmacopoles' e. q. s.

2 deamare *Putschius* te amare *cod.* occipit *Putschius* *Vnum senarium* deamáre coepit phármacopoles símium *Buc effinxit*

Digitized by Google

EPHEBVS

I

Licéntiam ac libídinem ut tollám petis
Togátae stirpis.

Macrobius Sat. VI 5, 15 'decenter et his epithetis Vergilius usus est ... pro Romanis gentemque togatam, quorum altero Sueuius, altero Laberius usus erat .... ac .. Laberius in Ephebo [I] idem infra [II].'

1 petis *om. Par. a*

II

Idcírco ope nostra dílatatum est dóminium
Togátae gentis. 45

1 opera *Med. a*

FVLLO

I

. . manuarí, pudorem pérdidisti.

Gellius XVI 7, 3 'Laberius ... item in Fullone furem manuarium appellat. Manuari, inquit, pudorem perdidisti, multaque alia huiusce modi nouat.'

II

. . . utrum tu húnc gruem Baleáricum an homi-
ném putas
'Esse?

Nonius 208, 19 'grues ... masculino Laberius in Fullonicis: uirum' e. q. s. Fullonica vel Fullonia x Cf. Novii Fullonicum. De cirris gruis Balearicae Plinius n. h. XI 122.

1 *An senarius est* utrum tu húnc *e. q. s.? Cf. Muelleri prosod. Plaut.* 152 utrum *Scaliger, Gulielmius* uirum *ω* tum *Par. Q* 2 esse *del. Quicheratius* utrum húnc gr. B. an homináem putas? *Bue* uérum (*s.* át utrum) tu gruem B. hunc esse anne h. p.? *x*

Digitized by Google

GALLI

de íntegro património
Meó memordi númmum centum mília.

Gellius VI (VII) 9, 3 'Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit . . . item Laberius in Gallis: de integro' e. q. s. Nonius p. 140, 24 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt . . . Laberius in Callis: de integro' e. q. s.

2 meo memordi nummum centum milia *Bothius* meo centum milia nummum memordi ω, *sed* nummum *om. P Minus probabilis ordo* centum nummum milia, *vel haec numerorum distributio*: de íntegro Património meo céntum nummum mília Memórdi. *Septenarium* de íntegro p. memórdi centum mília *Bue commendat*

GEMELLI

Nón putaui hoc eám facturum . . . . . .

Gellius I 7, 12 (in hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hanc sibi rem praesidio sperant futurum, neque mendum esse neque uitium) 'item Laberius in Gemellis: non putaui, inquit, hoc eam f. Non ergo isti omnes soloecismus quid esset ignorarunt, sed et Gracchus dicturum et Quadrigarius futurum et facturum et Antias processurum et Plautus occisurum et Laberius facturum indefinito modo dixerunt'

HETAERA?

I

'Ebriulati méntem hilaria arrípuit . . . . .

Nonius 108, 4 'ebrulare, ebrium facere, et ebriatus, ebrius. Laberius in there: ebriulati' e. q. s. (ebriolare Carrio Emend. I 2 e ms. Parisino ebriulare edd. thore P^1 Cithera Junius Hetaera Carrio e 'libris sanctioribus')

ebriolati *Carrio Emend. I 2 ex ms. Paris.* ebruilati φ hilaria F^3, *Bothius* hilariam φ hilaram *edd.* arripiunt *edd.*

II

Nec pálmularum púlsus nec portísculi

Digitized by Google

Nonius 151, 28 'portisculus' (postisculus Bamb. pertisculus ms. Fabri) 'proprie est hortator remigum, id est qui eandem perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur . . . Laberius Cythera: nec' e. q. s. (Hetaera Carrio Emend. I 2 e 'sanctioribus' libris)

palmularum *Carrio* palmarum *ω* porticuli L^1

IMAGO

. . . genius géneris ⟨est⟩ nostrí parens.

Nonius 119, 29 'genius generis.' Laberius Imagine: genius' e. q. s. (genus L^1 genius *φ*)

geniusque parens generis nostri *Bothius* genus nostri parens *senarii exitum deleto* generis *x* (*cf. coroll.* LXXXVII)

LACVS AVERNVS

I

Versórum, non numerórum numero stúduimus. 55

Priscianus p. 712 P. 'uersi quoque pro uersus Laberius in lacu Auerno: uersorum' e. q. s.

numerorum *scripsi ut Bue* numerum *ω*, *quod suppleto olim initio* tot *ita tueri conabar, ut* numero *pro adverbio haberem et* numerum studuimus *coniungerem*

II

Scínde una exoléto ⟨huic⟩ patienti ⟨hánc⟩ catulientém lupam.

Nonius 90, 32 'catullire' (immo catulire, ut scripsit Guietus) 'esurire' ('est surire' Gesnerus) 'uel libidinari. Laberius in Lacu balerna: scinde' e. q. s. (lacuba . . elerna P^1 Lacu Auerno Bentinus)

una una *W* una cum *Quicheratius in septenario iambico* exoleto *Aldus* exculeto F^3H^1 excoleto *φ* exolete *Bothius* huic patienti *scripsi* inpatientem *W* inpatienti *φ* exsoletum inpatientem ac *Bue* catulentem F^1L^1

Digitized by Google

III

amorabunda

Gellius XI 15, 1 'Laberius in Lacu Auerno mulierem amantem uerbo inusitatius ficto amorabundam dixit. Id uerbum Caesellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ea figura scriptum dixit, qua ludibunda, ridibunda et errabunda dicitur ludens et ridens et errans.'

LATE LOQVENTES

Latine loquentes suspicatus est Ritschelius Parerg. I 143: sed cf. CGl. II 409 G. '*πλατυλόγος* latiloquens.' Medicus quidam ineptus in anthol. XI 382, 5 *πλατυλέσχης* dicitur. Academicorum *πλατυρημοσύνη* ridetur a Timone sill. fr. XXXXII W.

I

sed dum populária
Agimús per ludum

Nonius 150, 26 'populatia, ut nugalia uel puerilia. Laberius Late loquentibus: e dum' e. q. s.

1 sed *scripsi* et F^1H^1 e φ haec *Scaliger: alia ariolari facile est* popularia *Gesnerus* puerilia ω populacia *Aldina*

II

Quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor.

Nonius 220, 32 'pluuia . . . masculini Laberius Late loquente: qui' e. q. s.

instaret *Hauptius* staret ω

NATAL

I

cippus. obba. camella.

I sq. Gellius XVI 7, 9 'Laberius . . . item in mimo, qui inscribitur natal, cippum dicit et obbam et camellam et pittacium et capitium. Induis, inquit, capitium, t. p.'

Digitized by Google

natal Par. Q Dan. Magl. Voss. Z m. 2 (nata m. 1) nata. l. Voss. X nata. L. Petav. Natalicius Fleckeisenus Natalis vel Natta Bothius pittacium Reg., om. Lugd. pittaciu Magl. pictacium Petav. capitatiū Par. Q

II

'Induis cápitium, túnicae pittácium.

capitium *Par. Q m.* 2 captiū *Voss. X* captiuū *Par. Q Voss. Z Reg. Magl. Voss. X m.* 2 induis Cápitium tunicae pittacium *ordinavit Fleckeisenus: mihi tetrameter creticus catalecticus videtur*

NECYOMANTIA

Propter fr. II non ante annum 710 actam fuisse monuit Fleckeisenus epist. ad Hertzium p. 39. Inlustraverunt idem Mommsenus hist. Rom. III^{8} 591 et Bergkius opusc. I 408 sq.

I

Dum diútius retinétur, nostri oblítus est.

Gellius XX 6, 6 'non paucis in locis nostri atque uestri dictum, non nostrum aut uestrum. . . . Laberius in Necyomantia: dum' e. q. s. (necromantia Magl. recentt.)

detinetur *Magl. Reg.*

II

Duás uxores? hércle hoc plus negóti est, inquit cócio: Séx aediles uíderat.

Gellius XVI 7, 12 'item in Necyomantia cotionem peruulgate dicit, quem ueteres arillatorem dixerunt. Verba Laberi haec sunt: duas' e. q. s. (necromantia Magl.)

1 hercle hoc *Bothius* hoc hercle (*s.* hercule) *ω* negocii *Paris.* negotio *Reg.* est inquit *ψ*, *recte defendit Bergkius opusc.* I 408 eet. Quid *Paris.* eēn quid *Lugd.* cocio (*ut CIL* IV 2416) *ω* coctio *praecipit Pauli Festus p.* 51, *ita Plautus Asin.* 203: *cf. Fleckeisenus mus. Rhen.* 8, 231 *Corssenus symb. crit.* 16 *Loewii Prodr.* 285 2 Qui sex *Bergkius: retinui sermonem proverbialem, cuius exempla praeter alios Hauptius ind. lectionn. Berol.* 1868/9 *quaedam composuit.*

Digitized by Google

NVPTIAE

Aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

Nonius 126, 30 'iniquat.'

indigna *Passeratius et Fruterius* indignat *Ba H*^{1} *L*^{1} *M* indignant *C F*^{1} indignanti *E H*^{2} *P W* indignatione *Onions*

PARILICII

Parilicii, ludi scilicet.

Foríolus esse uidére: in coleós cacas.

Nonius 114, 13 'foria, stercora liquidiora ... Lauerius in Panilicis: foriolus' e. q. s. 'foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet uentris.' (Paliliciis Bothius: Pariliciis ad Compitaliciorum exemplum conieci. Paliliis vel Pariliis x)

uidere *olim scripsi* uideres *E F H L W*^{1} uideris *P W*^{2} foriolu's ut uidere *proposuit C F W Muellerus* in coles *Bue* coleos, *del.* in, *olim scripsi. Cf. Priap.* 69, 4 fóriolus uideris esse, quia c. in c. *Luchs stud.* I 70

PAVPERTAS

I

Nihílne refert, móllem e lanitia 'Attica
An pécore ex hirto ⟨dúrum⟩ uestitúm geras?

Nonius 212, 21 'lanitium genere neutro ... feminino Lauerius Paupertate: nihil' e. q. s.

1 nihilne *scripsi* nihil *ω* nil *Bothius deficiente primo pede* enim nil *Bergkius* 2 pecore ex hirto *Marquardtus vitae Rom. priv. p.* 460 pecore ex hircorum *ω*, *in quibus vide an* pecore ex hirto hirsutum *lateat* ex hircorum pecore *Muretus* tergore ex hircorum *Bergkius* pectore ex hircorum *olim scripseram* durum *Bue*, crassum *inseruit Marquardtus* uestitum *Lipsius* uestium *ψ* uestigium *W*

II

Vísus hac noctú bidenti ⟨sum Hérculi⟩ proptér uiam
Fácere.

Digitized by Google

Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt . . . melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate . . Pomponius in Atellana [Gall. Transalp.] Laberius in Paupertate: uisus' e. q. s. (paupere Vrbin. 307) Cf. Gellius XVI 6.

1 noctu *Quicheratius* nocte ω nocte ego *Bothius* bidenti *scripsi* bidentis ω bidente *Leopardus* sum Herculi *addidi, om.* ω: *cf. Festus p.* 229 'propter uiam' *et Macrobius Sat. II* 2, 4 facere sum propter uiam *clausulam versus fuisse non inprobabiliter coniecit Quicheratius*

III

. . . . . meó licentiátu

Nonius 212, 5 'licentiam feminino. Masculino Laberius in Paupertate: meo l.'

licentiatu *Guietus* licentatus ω

PISCATOR

pugillar 71[1]

Beda de orthogr. CGL VII 285 K. 'Laberius in Piscatore singulariter hoc pugillar dixit.' Charisius p. 75 P. 'item laber . . . singulariter hoc pugillar dicit.' (Ita enim cod.; 'item * singulariter' ed. pr.) Cf. CGl IV 152, 32 G.

RESTIO

I

Demócritus Abderítes physicus phílosophus
Clipeúm constituit cóntra exortum Hyperíonis,
Oculós effodere ut pósset splendore aéreo.
Ita rádiis solis áciem effodit lúminis, 75
Malís bene esse né uideret cíuibus.
Sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
Volo élucificare éxitum aetatí meae,
Ne in ré bona esse uídeam nequam fílium.

Digitized by Google

Gellius X 17 'Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, uirum praeter alios ueneran-dum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se priuasse, quia existimaret cogitationes commen-tationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus uegetiores et exactiores fore, si eas uidendi inlecebris et ocu-lorum impedimentis liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo caecitatem facile sollertia subtilissima consciuit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem,' (resti-tionem, rectionē, rectiorem codd., correxit Fruterius) 'uersibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit, sed causam uoluntariae caecitatis finxit aliam, uertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc aput Laberium dicit, diuitis auari et parci, sumptum plurimum asotiamque' (cf. Ritschelius opusc. II 397) 'adulescentis uiri' (immo filii aut severe; uiuide Bothius) 'deplorantis. Versus Laberiani sunt: Demo-critus' e. q. s. Nonius 106, 20 'elucificare, dictum a luce. Laberius [77 sq.].' Cf. Menandri fr. 83 M. *τυφλὸν ὁ πλοῦτος καὶ τυφλοὺς Τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει.*

1—8 *Disposuit hos versus Fruterius Veris. II* 13 6 ego] ito *Nonii ω* cito *vett. edd.* fulgenti *Gellii ψ praeter Voss., Nonii ψ praeter E W* splendorem *Gellii ed. Torn.* splendore in *Gellii ω* splendore *Nonii ω* pecunia *Gellii Voss.* 7 uolo elucificare *Nonius* uelo (euolo *Voss.*) lucificare *Gellii ψ* aeta-tis *Nonius* 8 ne *om. Lugd.* uideam esse *Gellii ψ praeter Voss.*

II

talabarriunculi

Gellius XVI 7, 6 'Laberius ... item in Restione tala-barriunculos dicit, quos uulgus talabarriones.' (Sic libri omnes, calabarriunculos uulgo. Num caballariunculos an tabellariunculos ut Falsterus?) Cf. gloss. Vatic. in A. Mai auct. class. VIII 590 'tabelliones, aleones. taber-niones, tabernae sectatores.'

SALINATOR

80 Nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón procax

Gellius III 12, 4 'bibosum dictum nondum etiam usquam repperi, nisi apud Laberium; neque aliud est quod simili in-clinatu dicatur. Non enim simile est ut uinosus aut uitiosus

Digitized by Google

ceteraque, quae hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis, non a uerbo inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, uerbo hoc ita utitur: non' e. q. s.

annosa] *Cf. M. Hertzius exped. philol. clin.* 13 anosa *R. Klotzius* pannosa *Studemundus conl. Martiale* III 72, 3

SATVRNALIA

botulus. homo leuenna. 80[1]

Gellius XVI 7, 11 'Laberius . . . atque item in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat, et hominem leuennam pro leui.' (bortulum Paris. leuennem susp. Bothius)

SCYLAX

Eundem mimum esse quem Catularium statuit Scaliger nec adversatur Ritschelius Parerg. I 158. Cf. Petronius c. 64

. . . . lubídinitate lábitur

Nonius 491, 4 'lubidinitas pro lubidine. Laberius in Scylace: l. l.' (Colace coni. Junius)

libidinitate *Ba* (*etiam in lemmate*), *L*[1]

SEDIGITVS

Grúndientem aspéxi scrofam . . . . . .

Nonius 114, 29 'grunnire dicuntur porci, quod eorum proprium uocis est . . . Laberius in Sedicito: g. a. s.' Idem 465, 1 'grundire cum sit proprie suum, ut Laberius in Sedicit: grundientem a. s.' (Sedigito Bentinus) Cf. Plinius n. h. XI 244.

grundientem et *O p.* 465 scrofum *Ba p.* 465

SORORES

I

Hoc uóluit clipeum cóntra peluem próici.

Nonius 196, 24 'clipeus generis masculini . . . neutro

Digitized by Google

Vergilius: et clipeum super intonat ingens. Licinius Macer . . . clipea portant. Lauerius Sororibus: hoc' e. q. s.

clypeum *edd.* clipeus ω proici contra peluem *x propter Velium Longum CGL* VII 65 *K. cf. v.* 94 *Caecil.* 134. contra p. Próici *Onions*

II

84/5 Laus nómine gloria aléscit.

Nonius 248, 4 'adolescere (alescere x) crescere, unde adulescentem dicimus. Lucretius lib. II: donique adulescendi' ('alescendi' Lachm.) 'summum tetigere cacumen. Laberius in Sororibus: laus' e. q. s.

Paroemiacum agnovit Lachmannus Lucr. p. 140 nomine $H^2 L W$ nomine agendi nomine $G H^1$ nomen *Lachmannus. An* nomini'? alescit $G H^1 L^1$, *Lachmannus* adolescit $H^2 L^2 W$ dolescit *P* laus cúm adolescit, nominatur gloria *Bothius: eadem sententia eis quae in textu posui exprimitur. Iambos* laus nomen g. Adoléscit *olim metiebar*

III

Ecástor mustum . . . . . somniculósum.

Gellius IX 12, 11 'item C. Caluus in poematis laboriosus dicit, non ut uulgo dicitur qui laborat, sed in quo laboratur . . . eadem ratione Laberius quoque in Sororibus: ecastor, inquit, m. s.' (soporibus Bern. Lugd. Par.) Nonius p. 172, 30 'somniculosus, quod ad sômnos uocet.' (sic Mercerus 'uacet' libri)

mustum *Mercerus* multum ω *Ludere possis* ecástor mustum ⟨praébuit⟩ multúm s. *Displicent trochaei*

STAMINARIAE

Nihil lucis titulo aut Petronii verbis c. 41 'staminatas duxi' aut Buecheleri apud Friedlaenderum commentario (aliter idem in Ritschelii opusc. II 510) accedit. De mimo Staminario cogitat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

Tóllet bona fidé uos Orcus núdas in catómium.

Gellius XVI 7, 4 'Laberius . . . neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit, quale est in Staminariis: tollet' e. q. s. Cf. Cicero ad fam. VII 25 'uereor ne in catomum Catoninos.' De locutione 'in catomum' disseruit

Digitized by Google

Roensch ann. philoll. 1883 p. 211 sqq. cf. CGl V 594 G. 'catamaiti, ergastulum.' 595 'catomain, ergastulum' ('catomium' Scaliger. Fort. 'catomoin' = *κατ' ὤμοιν*)

Iambicum octonarium cum Bothio Bergkius commendavit ortus *Magl. Lugd.* corua *Aem. Baehrens* catomium *Juntina, prob. Prellerus myth. Rom.* II 63 catonium *Gellii Lugd. X, tuebatur Salmasius* catomum φ, *Turnebus.* Charonium *Ascens., Loensis Misc. epiph. III 5*

STRICTVRAE?

Sine língua caput pedárii senténtia est.

Gellius III 18, 9 'uersum quoque Laberi, in quo id uocabulum' (pedarius) 'positum est, notari iussimus, quem legimus in mimo, qui Stricturae inscriptus est: caput' e. q. s. scripturae χ scriptura Ascens., Bergkius opusc. I 391: ariolando proferri multa possunt, e. c. secturae structurae al.

sine lingua caput *Fleckeisenus* caput sine lingua ω pedani χ pedaria *vulgo* cáput ut sine lingua (*vel* sine lingua caput) pedari ⟨nimirum⟩ sententiast *Bergkius* capút sine lingua ⟨in curia⟩ sententiast pedari *coni. Bue* sine l. aput pedarium s. est *Lachmannus ad Lucil. v.* 1098

TAVRVS

. . . . . hietantúr fores

Diomedes p. 386 P. 'hiare et hietare . . . Laberius etiam in Tauro passiuo modo enuntiauit: hietantur fores, inquit, pro eo sane, quod est hietant, id est patent.'

TVSCA

I

. . . . . dóminus ⟨est⟩ nostér tua 90

Lúculentitáte captus.

Nonius 135, 3 'luculentitatem a luculento . . . Laberius Tusca: dominus' e. q. s. (Thucca H^1L^1 Tucca H^2 L^2W)

noster] nt L^1 est *ante* tua *inseruit Bergkius*, nunc *ante* noster x dóminus luculentitate captus ⟨est⟩ noster tua *Bothius*

Digitized by Google

II

Cóncitata móbilitatam ménte maestas . .

Nonius 137, 27 'mestas pro mestifices' ('moestificas' Junius) 'Laberius Tusco: concitatam' e. q. s.

concitata F^1H^2 concitataa L concitatam H^1W mobilitatam *Bothius, om.* F^1H^2L mobilitata φ mentem *Vrbin.* 307 mente me *Bothius* maesta P *Fortasse* mulierem *in exitu versus fuit, nisi forte* mente me maestas magis *praestat*

III

. . . . . bípedem bliteam béluam

Nonius 80, 25 'blitea, inutilis, a blito, herba nullius usus . . . Laberius in Tucca: b. b. b.' (Tusca Bothius)

IV

. . . . . inridentér petit

Charisius p. 181 P. 'inridenter: Laberius in Tusca: inridenter petit.'

VIRGO

I

Amóre cecidi támquam blatta in péluim.

Nonius 543, 26 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria' ('uasa' x) 'perluuntur' ('pelluuntur' Colb.), 'unde ei nomen est. Lauerius Virgine: amore' e. q. s.

peluim *trisyllabum: cf. Caecil.* 134

II

95 Sí quidem meá colustra frúctus fecissét . .

Nonius 84, 13 'colustra, lac concretum in mammis Lucilius . . . Lauerius in Virgine: siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte.' Ex quibus [cre]terris sumere aquam ex fonte verba Naevii Lycurgo (XVII) restitui.

fructus *scripsi* fretus ω fartus x

Digitized by Google

III

álienum appetónibus

Viae éxpeditae déuerticula s⟨únt⟩ . .

Nonius 74, 8 'appetones ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine: alienum' e. q. s. (apetones H²L apectones HP apeditones Colb. Dan. appeditones Ba Liberius Ba)

1 apetonibus ω 2 expeditae *Bue* perditae (perdite *Ba*) ω paratae *x* deuerticulas (diuerticulas *Ba*) ω: sunt *in ultima littera* s *latere olim animadverti* mala *suppl. Bue* bona *x*

EX INCERTIS FABVLIS

I

Prologus

Necéssitas, cuius cúrsus transuersi ímpetum
Voluérunt multi effúgere, pauci pótuerunt,
Quo mé detrusit paéne extremis sénsibus!
Quem núlla ambitio, núlla umquam largítio,
Nullús timor, uis núlla, nulla auctóritas
Mouére potuit ín iuuenta dé statu:
Ecce ín senecta ut fácile labefecít loco
Viri éxcellentis ménte clemente édita
Summíssa placide blándiloquens orátio!
Etenim ípsi di negáre cui nil pótuerunt,
Homineḿ me denegáre quis possét pati?
Ego bís tricenis ánnis actis síne nota
Equés Romanus é Lare egressús meo
Domúm reuertar mímus. ni mirum hóc die
Vnó plus uixi míhi quam uiuendúm fuit.
Fortúna, inmóderata ín bono aeque atque ín malo,
Si tíbi erat libitum lítterarum laúdibus
Floréns cacumen nóstrae famae frángere,

Digitized by Google

Cur cúm uigebam mémbris praeuiridántibus,
Satis fácere populo et táli cum poterám uiro,
Non mé flexibilem cóncuruasti ut cárperes?
Nuncíne me deicis? quó? quid ad scaenam ádfero?
Decórem formae an dígnitatem córporis,
Animí uirtutem an uócis iucundaé sonum?
Vt hédera serpens uíres arboreás necat,
Ita mé uetustas ámplexu annorum énecat:
Sepúlcri similis níl nisi nomen rétineo.

I—III Macrobius Sat. II 7 'Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in scaenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum si inuitet, sed etiam si supplicet cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his uersibus: Necessitas' e. q. s. 'In ipsa quoque actione subinde se qua poterat ulciscebatur inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat: [II] et paulo post adiecit [III]. Quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes inpotentiam eius hac dicacitate lapidatam. Ob haec in Publilium' (sic Par. 'Publium' vulg.) 'uertit fauorem.' Narraverat eadem Gellius in libro VIII, cuius capitulum 15 hoc est: 'quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta: atque inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberii.' Adlusit Cicero de off. I 31, 114 'suum quisque igitur noscat ingenium . . . ne scaenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt . . . . ad quas igitur res aptissimi erimus, in eis potissimum elaborabimus. sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura meditatio diligentia, ut ea si non decore at quam minime indecore facere possimus' e. q. s.

1 impetu *Ba m. pr.* 3 me] modo *Regin.* detrusti *Scaliger, qui Graece vertit hunc prologum* 4 nulla inquam *Gud.* nulla quem *Bothius*, 6 in iuuenta potuit *Par.* 8 clementi *Heinsius* 10 de *Ba* 11 quis] qui *susp. H. Meyerus* 12 trecenis *Par.* 13 e *Fruterius, om. ω* ex *Scaliger* 15 *om. Par.* 16 Forma *Ba m. pr.* 18 florens *Lipsius* floris *ω* 21 flexibilem me *ω*, *transposuit Muretus* (*mus. Rhen.* 33, 245) flexilem me *Bue* 22 nuncine *Schne*

Digitized by Google

nunc ω *An* quor? 24 iocundae ω 25 hedera *Par.* 26 enecat *Par.* necat φ 27 sepulchris *Ba*

II

Porró, Quirites! líbertatem pérdimus. 125

III

Necésse est multos tímeat quem multí timent.

Seneca de ira II 11, 3 'occurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter conuertit, quam si missa esset uox publici adfectus: necesse' e. q. s. Cf. Syri sent. 338 et fals. 217 p. 127 W. Pseudoseneca de moribus 61 et cod. Cusanus p. 113 'qui a multis timetur, multos timet.' Ausonius septem sap. sent. 4, 5 p. 150 W. 'multis terribilis timeto' (al. 'caueto') 'multos.' Solon apud Anton. Meliss. serm. *περὶ βασιλέως* (Orelli opusc. Graec. sent. I 162, 19) *ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβείσθω* et alii. Cf. Macrobius laudatus ad fr. II.

IV

Non póssunt primi esse ómnes omni in témpore.
Summum ád gradum cum cláritatis uéneris,
Consístes aegre, níctu citius décidas.
Cecidi égo, cadet qui séquitur: laus est pública. 130

Macrobius Sat. II 7, 7 (Publilius Syrus) 'cum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos, omnes qui tunc scripta et operas suas in scaenam locauerant prouocauit, ut singuli secum posita inuicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recusante superauit omnes, in quis et Laberium. Vnde Caesar adridens hoc modo pronuntiauit: fauénte tibi me uíctus es, Laberi, á Syro: statimque Publilio palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. Tunc Publilius ad Laberium recedentem ait: quícum contendísti scriptor, húnc spectator súbleua. Sed et Laberius sequenti statim commissione mimo nouo interiecit hos uersus: non possunt' e. q. s. (Publilius nomen exhibet Paris. ubi Publius vulgatur.)

3 consistentes *Palat.* agere, *sup.* egre, *Gud.* nictu *scripsi* nec *Med. a b* neç *Angl. Med. c* et φ citius quam

Digitized by Google

ascendas *Par.* citius quam descendas *Ba* citius quam escendas *Schneidewinus* decidas *Ba* decides *Par.* cades *Schraderus* nimio citius decides *conl. Plauti Trin.* 387 *Bue*

V

Autúmno, ubi caurus pópulis decídua folia pándit.

Nonius 100, 9 'decidua, quae decidant, ut occidua, quae occidant. Laberius: in altum non' e. q. s.

autumno *scripsi* in altum non F^2HW sin altum non *E* sinalitum non *P* sin alium non F^1L in autumno *Bothius* caurus populis *scripsi.* caput a foliis (folis *L*) *ω*: *de* cauro *cf. Plin. n. h. II* 47, 124 *et Lucretius VI* 135 in aútumno ubi frondéns caput (*al.* coma árboris) d. f. p. *coni. Bue.* *Violentius septenarium trochaicum* út (*vel* síc) in autumno, ubi caúrus folia pándit decidua ín solo *effinxeram*

VI

túus amor

Tám cito crescít quam porrus, tám quam palma fírmiter.

Fronto epist. II 9 p. 30 Nab. 'et quod ait Laberius de amore, suo modo *καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μούσῃ*, amor tuus' e. q. s. 'hoc igitur ego ad desiderium uerto, quod ille de amore ait.'

1 amor tuus *cod., transposui* *Senarii* amor tuus tám cito Crescít *e. q. s.* *praeplacent Buechelero* 2 tam firme quam palma *Fronto*

VII

134/6 Ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, beneficia autem ueneficia.

Fronto epist. in M. Caesarem I 6 p. 19 Nab. 'uerum est profecto, quod ait noster Laberius, ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, beneficia autem ueneficia.' Cf. Apuleius apol. 102 p. 112 K. 'o graue ueneficium dicam an ingratum beneficium?'

deliramenta *suadere non audebat Buttmannus* deliberamenta *cod.* delibamenta *Jacobsius* *Ad numeros sententiam sic fere redigas*: ád amorem delénimenta méra deleraménta sunt, Nón beneficia, séd ueneficia . . . . . .

Digitized by Google

VIII

'Incipio adulescénturire et néscio quid nugárum facere.

Nonius 74, 15 'adulescenturire. Laberius: incipio' e. q. s.

IX

Quae nám mens, quae deléritas uos súppolitoris facit
Cum cáno . . eúgio puéllitari . . .?

Nonius 490, 20 'deleritas, deleratio' (ita W in mg., Leid. Bamb.) 'Laberius: quae nam' e. q. s.

1 deleritas *BaLW in mg.* deliritas φ subpolitoris *vel* suppolitoris (sopp. *P* sup. *Ba*[1]) ω (*cf. coroll.* LXXXVIII) suppilatores *Aldina* 2 puellari *H*[1] uellitari *ed. pr.* uelitari *ed.* 1480 puellitarier *Scaliger* anilique *post* cano, turpiter *in fine versus supplet Bue: pro illo etiam* uxoris *cogitari potest*.

X

uxorém tuam 141
Et meám nouercam cónsectari lápidibus
A pópulo uideo.

Priscianus p. 791 P. 'Laberius: uxorem' e. q. s. 'consectari passiue posuit, *διώκεσθαι*.' Cf. v. 11 sq.

1 *sqq. Versus restituit Bothius*: uxorem tuam et (et *om. Bamb., fort. recte*) meam nouercam a populo lapidibus consectari uideo ω, *quo servato ordine trochaeos* úxorem . . . lapidibus Cónsectari u. *parum numerosos Hertzius proposuit*

XI

. . . . . frustrámur inridémur

Priscianus p. 793 P. 'frustratus *ματαιωθείς*. Laberius: f. i.'

XII

